This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

P A
6695
G5
1887
MAIN

$B 14 167

Digitized by Google

Sather

GIFT OF
JANE K. SATHER



768wl
G87

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QUA TENUS SILIUS ITALICUS A VERGILIO PENDERE VIDEATUR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JOANNES GROESST
BEROLINENSIS.

AQUIS MATTIACIS.
TYPIS SCHELLENBERGI EXPRESSUM.
MDCCCLXXXVII.

Digitized by Google

UNIV. OF
CALIFORNIA

Digitized by Google

PA6695
G5
1887
MAIN

Inde iam ab antiquissimis temporibus inter omnes constat, Silium Italicum Vergilii imitatorem fuisse; neque quisquam, qui de Silio disseruit, verbis exprimere dubitavit, quanto opere penderet a Marone. Quid autem illi deberet, nullus fere est, qui ad acrius iudicium vocarit; omnibus enim ea, quae Plinius et Martialis [1]) de illorum necessitate scripserunt, repetere satis videbatur neque addendum esse putarunt, unde illorum iudicium fluxisset. Hoc eam ob causam factum esse videtur, quod aut Silii opera adhuc plane neglecta sunt aut de imitationibus Vergilianis quaestiones instituere viri docti superfluum putarunt, quia quo loco Silius Vergilii vestigia pressisset, luce clarius esset. Itaque factum est, ut ad hoc tempus, quae ratio inter Silium et Vergilium intercesserit, accuratius a nullo quaesitum sit praeter duos, qui nostra demum aetate diligentius Silium cum Marone comparaverunt [2]). Sed cum horum dissertationum fines nimis determinati sint, uno, ut ita dicam, oculorum obtutu intueri non possumus, quibus maxime in rebus Vergilii vestigia apud Silium inveniantur et qua ratione vel quo iudicio Silius in imitando usus sit. Et tamen operae pretium est, Aeneidis vestigia in Punicis diligentius investigari. Nam multa nobis se offerunt, quae in adnotationibus editionum, quae adhuc solae sunt imitationum testes, prorsus praetermissa sunt cum in singulis rebus, tum in indole totius carminis. Quam ob rem, quod mihi propositum est, de Silii imitationibus Vergilianis disserere, omnes similes locos, quoad fieri potest, ex duobus poetis congeram, id quod adhuc nondum factum

[1]) Plin. ep. III 7. Martialis VII 63, XI 49, 51.

[2]) L. Cholevius: Epitheta ornantia, quibus utitur Vergilius, cum iis comparata, quibus posteriores epici latini, maxime quidem Silius, carmina sua distinxerunt. Pars I, Regimont 1865.

Guilelmus Barchfeld, De comparationum usu apud Sil. Ital. Gottingae 1880.

266495

Digitized by Google

est, et congestos accuratius per singulas partes comparabo, quae res item saepissime neglecta est.

Sed priusquam ad rem propositam me vertam, in animum revocandum est, in quas difficultates incurramus, si comparando imitationes in medium proferre velimus; his difficultatibus perspectis norma et regula paranda est, ad quam quaestionem meam dirigam.

Si [1]) de imitatione cogitatur, locorum, de quibus agitur, argumentum et forma par exstet necesse est. Quamquam in hac re, quae simplex videtur, non parvae dubitationes exsistunt. Primum enim res congruere possunt, quia e communi fonte haustae sunt, ita ut apud omnes deinceps poetas ab antiquissimis ad recentissima tempora legantur. Huc in primis pertinent, quae ex fabulis deorum vel heroum deprompta sunt. In quibus tam difficile est affirmare, hoc aut illud a poeta quodam ad alium transiisse, ut rarissime imitatio ipsa possit erui, raro probabilitas. Quo circa, ne magnos in errores inciderem, hoc genus fere omisi neque quicquam attuli, nisi quod vel ipsis Vergilii verbis repetitis vel formae ratione imitationem satis proderet.

Deinde similes loci exstant, qui non ab imitatione, sed ab argumenti natura originem traxerunt. Ad hoc genus permulti referendi sunt e locis communibus, qui vocantur. Cum enim artificia, quae poetae maxime epici usurpant, semper eadem sint, consentaneum est, pro parvo numero propositarum rerum et scribendi rationibus duos in idem incidere. Qua re in imitationibus huius modi non temere mihi agendum esse putavi, atque etiam non nulla omisi, quae aliis fortasse imitatione expressa videntur. Inter imitationes ut, quid sentiam, exemplo demonstrem, non numero hos versus:

Aen. IX 754: Sternit humi moriens, atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc umero ex utroque pependit.
Sil.[2]) IV 238: . . . frontem in mediam gravis incidit ensis
Et divisum umeris iacuit caput.

---

[1]) quae sequuntur, petii ex indice Germanarum antiquitatum et litterarum II 322, ubi Schererus de imitationum ratione loquitur.

[2]) In locis citatis usus sum Ernestii editione. Lipsiae 1791.

Digitized by Google

aut (de fama dictum):

Aen. IV 188: Tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.
Sil. VI 554: Vera ac ficta simul spargebat fama per urbem.

Silium his versibus Vergilii locos quos adscripsi imitatum esse, per se satis mihi non patere videtur, quod imitationis documenta prorsus desunt et in verbis et in sententiis; nam res ipsa secum fert, quae ibi dicta sunt.

Quod denique Schererus dicit de poetis in usum vocatis, quorum carmina nunc deperdita ideoque nobis ignota sunt vel imitatoris temporibus obscura erant, hoc aliqua ex parte in Silium quadrare arbitror. Quoniam enim constat, quod quidem e fragmentis demonstrari potest, Silium Ennium identidem imitatum esse, non numquam una cum Vergilio, facile fieri potest, nisi huius rei rationem habemus, ut Vergilio adscribamus, quod Ennio potius tribuendum est.

Hae sunt causae, quibus adductus sum, ut caute iudicare non nullis in locis quam temere modum excedere mallem, neve Vergilio assignarem, quae ex illo assumpta esse fortasse viderentur.

Quae autem Silius e Vergilio petierit et qua ratione in iis usus sit, tribus e rebus intelligi posse censeo: e compositionis arte, ex imitationibus singulorum versuum, ex elocutione. Tria igitur in capita dissertationem meam distribuam.

Digitized by Google

A.

Atque primum quidem quaeram, quae qualesque sint apud Silium imitationes Vergilianae in compositionis arte. Sed priusquam de ea re verba faciam definiendum est, quale sit Vergilii, quale Silii carmen, qualisque ratio inter illa intercedat. Vergilius cum suo carmine res tractandas sibi proposuisset, quibus cum ex temporibus fabulosis repetitae sint historica fides tribui non potest, ingenio indulgere et res, quocumque modo voluit, fingere aut de suo addere potuit. Hac scribendi libertate Silio uti non licuit. Etenim cum argumentum carminis ex gestis Romanorum sumeret, facere non potuit, quin res a scriptoribus traditas in universum sequeretur. Et re vera tanta fide historicorum narrationem secutus est, ut Vossius [1]) eum inter historicos numerare non dubitaret; maxime autem ex Heynacheri [2]) libello, etsi permultis in locis illi assentiri non possum, apparet, quam Silius a rerum gestarum memoria discedere noluerit. Nam cum Heynacherus id sequatur, ut Ennio inter fontes primas assignet partes, plurimi alii Livium fontem primarium nominant, quo, ut Lachmannus dicit [3]), duce et quasi filo usus sit [4]). Omnes autem ea in re conveniunt, quod Silium leviter tantum et raro historicam fidem neglexisse contendunt. Itaque quod rerum gestarum conexus ordo causae ei definitae erant, libertate fingendi e manibus dimissa his in rebus

---

[1]) De historicis latinis p. 142.

[2]) Qui locus Silio Italico inter fontes belli Punici secundi adscribendus sit. Ilfeldi 1877.

[3]) De fontt. Liv. comm. II, §. 5, p. 8.

[4]) Praeter ea vide Kererum; Qua tenus Silius a Livio pendeat. Bozen 1880.

Digitized by Google

ut Vergilius ingenium et indolem poeticam ostendere non potuit.

Qua re apud Silium vestigia Vergiliana in iis non invenimus, quae ad argumentum ipsum pertinent, quia in rebus tam diversis praeter perpaucos locos occasio imitandi data non erat. Sed, ubicumque in Punicis res gestae epico more episodiis, digressionibus, aliis ornamentis conectuntur aut exornantur, conspiciuntur fructus, quos Silius e Vergilianis studiis ceperat. Nam omnes fere huius modi locos ad illius exemplum compositos et elaboratos esse, non ita difficile est intellectu. Quibus maxime locis Plinii de Silio iudicium (ep. III 7) plane verum habendum esse mihi videtur. Hic enim Silius ab historiae vinculis liberatus etsi ex suo ingenio fingere potuit, tamen, quod Plinio auctore cura in eo maior erat quam ingenium, Vergilium in usum iterum atque iterum vocare quam cum illo ad certamen descendere maluit, e quo victum se discessurum esse haud ignorabat. Itaque cum in universum dicatur [1]), nullum carmini inesse episodium, quod ex aliis carminibus excerptum non sit, tamen haec verba equidem ad solum fere Vergilium referri posse persuasum habeo. Nam etsi negari non potest, alios poetas Silium non raro in usum vocasse, ut Homerum, cui multos debet carminis ornatus e. g. μάχην παραποτάμιον (Il. XXI, 328 — Sil. IV, 640 ff.), tamen nullum alium invenies, cuius vestigia adeo presserit, ut Vergilium. Mirum autem est, quod nemo adhuc per singula eam rem perlustravit praeter Alexandrum Rossaeum [2]). Sed huius libellus magis conscriptus esse videtur, ut Silio obtrectetur, cum nihil fere nisi quae in eo vituperanda esse censet, summo studio congestum sit, quam ut Silii imitationes Vergilianae earumque ratio sine ira et studio ad discrimen vocentur. Praeter ea, qua ratione in imitando Vergilio Silius usus sit, non legimus nisi obiter verbis commemoratum in dissertationibus et editionibus.

---

[1]) Supplementa Sulzeri doctrinae artium liberalium p. 7.

[2]) Vergilii triumphantis libri tres inflante Alexandro Rossaeo. Rotterdami 1661.

Digitized by Google

Sed ut ad rem ipsam redeam, omnium episodiorum, quae Silius ad exemplum Aeneidis disposuit atque exornavit, duo genera esse statuo. Alterum enim genus, ut ita dicam, meras inventiones, quibus ex Aeneide assumptis res proposita exornatur, continet; altero in genere argumentum ipsum annalibus debetur, sed, quotiescumque occasio data est, ad Vergilii exemplum componitur et dirigitur. His adiciam non nullos Punicorum locos, qui quamvis ex Aeneide petiti sint, tamen idonei non sunt, qui omni ex parte cum Vergilio comparentur.

Prioris generis sunt plerumque res mythologicae deorumque ministeria, quorum ab auxilio res narratae proficisci videntur. Neque solum omnis ratio, qua huius modi machinationes Silius composuit, sed etiam singularum rerum descriptio adeo congruit cum Vergilio, ut dubium esse non possit, quin hic sit illius auctor. Itaque Brandstaetero non adstipulor[1]), qui id agens, ut primas de Silii fontibus partes Ennio assignet, dicit: „ex Ennio potius quam e Vergilio dii in Punica videntur transiisse“. Cuius rei affert causam, quae magis ex illius consilio quam e re ipsa fluxit. Dicit enim, quoniam exiguo tantum temporis intervallo Silius a Vergilio absit, veri simile non esse, in Punica ex Aeneide deos esse translatos, sed Silium id potius studuisse „ut poesin Ennianam priscam atque obsoletam, sanctam tamen venerabilemque quasi renovaret“. Sed si ille vir doctus iis, quae Heynacherus de Ennio, Silii fonte disseruit, tanto opere permotus non esset, sed Silium diligentius cum Vergilio comparasset, certe intellexisset, quanto opere ille ab hoc penderet non in deorum apparatu modo, sed etiam in aliis rebus.

Sed iam enumerentur huius generis imitationes Vergilianae, quas eodem ordine, quo in ipso carmine leguntur, afferam:

I. Statim, ut Ernestius ait, in limine carminis Silius Vergilii imitatorem se prodit. Enuntiato enim argumento

---

[1]) F. E. Brandstaeterus, De Pun. Sil. argumento, stilo, ornatu poetico. Vitebergae 1877, p. 11—13.

Digitized by Google

iisdem fere verbis, quibus Vergilius: „Ordior arma“, Junonem infert sicut Vergilius instituerat Romanis infestissimam, Carthaginiensibus amicissimam, qua in re forma a Silio usurpata satis probatur, locum Vergilianum illi ante oculos versatum esse. Uterque enim dicit, Carthaginem Junoni gratissimam esse sedem, ubi magnum potensque regnum condere voluerit:

Aen. I 15: Quam (Carthaginem) Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo . . .
. . . . . hoc regnum dea gentibus esse
. . . . . tenditque fovetque

Sil. I 26: Hic Juno, ante Argos (sic credidit alta vetustas)
Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen
Optavit profugis aeternam condere gentem.

II. Qua re, quod fato hoc regnum fieri vetatur, Juno Romanis inimica perniciem parare conatur, apud Vergilium ab Aeolo petens, ut ventis contundatur Aeneae classis:

I 67: Ilium in Italiam portans victosque penates.

Silius ad hunc versum spectans his verbis:

I 42: Intulerit Latio, spreta me, Troius, inquit (Juno)
Exsul Dardaniam, et bis numina capta penates.

Junonem quam maximum detrimentum inferentem facit Hannibalemque ab ea in Romanos exstimulatum fingit.

III. Tum, cum Romanis illa pestis adsit, Venus auxilium Jovis petit et apud Verg. I 229 et apud Sil. III 557, quarum precum argumentum apud utrumque idem eademque forma expressum est.

Aen. I 241: . . . quem das finem, rex magne, laborum?
Sil. III 559: Quis poenae modus aut pereundi terminus, oro
Aeneadis erit?

Quae Juppiter huic respondet, apud utrumque poetam eadem sunt eodemque ordine collocata. Consolatur enim Juppiter Venerem hisce verbis: apud Verg. I 257: Parce metu, apud Sil. III 571: Pelle metus; nam omnia, quae obstabunt, Romani

Digitized by Google

superabunt et regnum orbis terrarum per longum tempus sibi parabunt:

Aen. I 279: . . . imperium sine fine dedi.
Sil. III 593: Hinc, Cytherea, tuis longo regnabitur aevo.

Denique, ut Vergilius in fine orationis Jovis laudes gentis Juliae ponit (v. 286), ita Silius per Jovem gentem Flaviam celebrat virtutesque in primis et exercitationes Domitiani, cuius sub imperio honestissimo otio in agro Neapolitano usus est, summis laudibus effert (v. 594—629). Quod autem Ernestius Silio obicit, eum absurde egisse et imitationis libidinem sine iudicio idoneo explevisse, quod Jovem Domitiani laudis praeconem fecerit, hunc Aeneidis locum neglexisse videtur, ubi Vergilius similiter agit. Nam ab eo non recte cum Siliano loco Aeneidis VI 756 ff. tantum comparatur, unde quamquam non nulla in Punica transiisse non nego, tamen quod ad compositionis artem pertinet, alter Vergilii locus, quem citavi, Siliano simillimus est.

IV. Cum res iam in eo sint, ut Saguntum per longum tempus oppugnatum fameque vexatum diutius a Poenis defendi non possit, Tisiphone a Junone mittitur, ut Saguntinos desperantes ad consilium excitet mortis sibi consiscendae (II 553). Quod ut facilius efficiat, Furia se mutat in Tiburnae faciem, uxoris Murri, ducis ab Hannibale caesi. Quod Silius hoc modo ea, quae expugnationem praecedunt, ornavit instituitque, Vergilio debere videtur, qui, ut Turnum ad bellum cum Troianis laccessat, Junonem aliam Furiam, Allecto, in Chalyben sacerdotem mutatam mittentem fingit (Aen. VII 415 ff.) Hoc in loco disponendo Silius aliam quoque Aeneidis partem in usum vocavit: Etenim postquam Tisiphone Saguntinis ad desperationem adductis persuasit, ut ipsi se necarent, ne in servitutem abducerentur, omine, quae suaserat, sanciri videntur, serpente e tumulo Herculis, Saguntinorum patroni, prorumpente (II 580 ff). Hoc prodigium Silium transtulisse in suum carmen, ex eo Aeneidis loco, ubi e tumulo Anchisae anguis prorepere dicitur, cum Aeneas sacrificans manes patris allocutus esset, per se ipsum manifestum est (Aen. V, 84 ff.). Verba, quae in

Digitized by Google

serpente describendo usurpavit, Silius item ex Vergilio assumpsit, et duobus quidem e locis; nam primum versus

Sil. II 585: Caeruleus maculis auro squalentibus anguis

simillimus est loco Aeneidis supra allato:

Aen. V 87: Caeruleae cui terga notae maculosus et auro.

Tamen his verbis minus tribuendum esse puto, quod eadem vocabula saepius in anguis descriptione et apud Vergilium et apud Silium redeunt; legimus enim Siliana verba eodem ordine collocata georg. IV 91:

maculis auro squalentibus

et alio ordine apud Silium XV 139:

squalentibus auro Effulgens maculis

Deinde apud Silium l. l. verba inveniuntur, quibus Vergilius anguem Laocoontem petentem descripserat:

Aen. II 210: Ardentesque oculos suffecti sanguine et igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Sil. II 586: Ignea sanguinea radiabant lumina flamma
Oraque vibranti stridebant sibila lingua.

V. Aeneam dormientem dum bellum Turno exstimulante a Latino paratur, Tiberinus, deus loci, noctu admonet, ut auxilium petat ab Euandro. Hanc Vergilianam componendi rationem Silius in suum usum vertit, cum Hannibalis consilium Appenninum transeundi et in Etruriam proficiscendi pariter instituit ornatque. Quanto opere autem ille Aeneidis locus ante oculos ei versatus fuerit, e similibus verbis sententiarumque ordine satis intellegitur. Juno enim in formam Trasimenni, dei loci, mutata noctu (IV 725) Hannibalem somniantem hortatur, ut in Etruriam profectus Romanis clades inferat. Quodsi confecerit, addit Trasimennus iisdem fere verbis ac Tiberinus apud Vergilium usus, gratias sibi referat; nam se esse — nondum noverat neque Hannibal neque Aeneas, quis ille esset — loci deum hic Trasimennum, illic Tiberinum:

Digitized by Google

Aen. VIII 61: . . . . . mihi victor honorem
Persolves. Ego sum . . . .
Sil. IV 738: Nobis persolves meritos securus honores,
Namque ego sum . . . .

VI. Apud Vergilium Aeneas vulneratus in castra ab Ascanio aliisque ducibus reducitur ibique a medico sanatur. Hanc Aeneidis scaenam Silius mutuatus est Magonem vulneratum et ab Hannibale in castra reductum fingens; qua in re quae Vergilius de medici virtutibus in universum effert, apud Silium per partes descripta inveniuntur (Aen. VII 391—404. — Sil. V 352—368). Silium autem hunc Aeneidis locum imitando exprimere voluisse, iis mihi satis demonstrari videtur, quae dicit de hostibus imperatores abeuntes cernentibus. Utitur enim iisdem verbis sententiisque, quibus Vergilius:

Aen. XII 324: Turnus ut Aeneam cedentem ex agmine vidit
Turbatosque duces . . . . . .
Poscit equos.
Sil. V 376: Quae dum turbatos avertunt aequore campi
Ductores valloque tenent, ex agmine Poenum
Cedentem consul . . . . speculatus . . .
. . . . . (post quattuor versus) . . . . . .
Poscit equum.

Et in versu, ubi medici vestitum describit, Vergiliana fere verba praebet:

Aen. XII 400: . . . . . ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu
Sil. V 367: . . intortos de more adstrictus amictus.

VII. Hannibalem ter frustra Romam expugnare conatum, ter tempestate a Jove missa depulsum Juno movet, ut ab urbe recedat. Rationem, qua hanc carminis partem composuit, Silius totam debet Vergilio, qui eodem modo Aeneam in Troiae expugnatione cum Graecis pugnantem e certamine a Venere deduci fingit. Apud utrumque dea non mutata, sed sua forma usa adit ducem

Aen. II 591: . . . confessa deam qualisque videri
Caelicolis et quanta solet
Sil. XII 705: . . veroque apparuit ore

Digitized by Google

eumque iisdem argumentis a consilio deterret. Nam, Desiste, inquit, certare, res tibi non est cum hominibus, sed cum diis; et, quod dico, re vera ita esse, ut videas, nebulas dimovebo:

Aen. II 604: Adspice, namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi et humida circum
Caligat, eripiam, nubem .....
Sil. XII 707: En, age, namque oculis amota nube parumper,
Cernere cuncta dabo .....
Adspice .....

Quo facto deos sibi resistere vident, Aeneas (II 610) Neptunum tridenti fundamenta Troiae quatientem, Hannibal septem Romae colles a diis, qui tum recensentur (ab v. 709) possessos.

VIII. Cum in Capuae obsidione res iam in eo sit, ut Fulvius impetum in urbem fieri iubeat, omen faustum Romanis offertur, cerva, quae Dianae sacra credebatur, ex urbe in Romana castra fugiens. Ibi capta ab imperatore, qui hoc omen esse Capuanis dirum existimat, in Dianae honorem mactatur. Unde habeat Silius hunc rei ornatum, si quaesiveris, in Vergilio huius exemplar exstare invenies. Nam Juno cum bellum inter Troianos et Latinos exardescere velit, per Allectonem efficit, ut Julus mansuetum Tyrrhi cervum interficiat, quae res deinde fit causa belli. Silium hanc de cerva narrationem ex Aeneide hausisse et sola re probatur et praecipue natura virtutibusque, quas huic cervae tribuit. Omnia enim, quibus cervam praeditam esse fingit, a Vergilio iam de suo cervo praedicata esse, etsi verba nullo loco congruunt, ut saepe fit in imitationibus, facile intellegimus ex hac tabella:

Aen. VII.	Sil. XIII.
485: Tyrrhidae pueri nutribant.	119: (Capys) nutrierat.
487: adsuetum imperiis.	119: sensusque hominis donarat alendo.
	120: exuta feram.
490: mensaeque adsuetus herili.	120: docilisque accedere mensis.
490: manum patiens.	121: blanda attactu gaudebat herili.
489: pectebatque ferum.	122: Aurato matres adsuetae pectine mitem Comere.
489: puroque in fonte lavabat.	123: humenti fluvio revocare colorem.

Digitized by Google

Et apud utrumque legitur, laudes cervi necandi summo studio petitas esse Aen. VII 496 — Sil. XIII 135.

IX. Sequitur apud Silium descriptio tempestatis, qua Hannibal in Africam transiens deterretur, quo minus in Italiam redeat XVII 237. Silium ab historicis, qui adversi venti mentionem non faciunt, abhorrentem suam descriptionem ad exemplum Vergilianae procellae, quae I 81 legitur, finxisse mihi persuasum est. Hac quidem in re Silius, quae ex exemplari petiit, diligentissime variavit et immutavit, sed, si, quem morem poetae in imitationibus usurpent, reputamus, iis maxime, quae ad compositionis rationem spectant, cognoscitur, hanc tempestatis descriptionem non ex Silii ingenio natam, sed a Vergilio petitam esse. Itaque Brandstaetero non adstipulor, qui in Siliano loco imitationem Vergilii inesse negat hisce verbis: „Nil enim in ea descriptione Vergilianum agnoscemus nisi vocem »stridor rudentum«". Omnes enim singulae res, quibus tales tempestatum descriptiones exornari solent, eodem ordine ita enumerantur et exprimuntur, ut non numquam etiam in verbis similitudines inveniri possint, et certe totam compositionis rationem ex Vergilio assumptam esse manifestum sit. Quales autem sint imitationes, ex his cognosci potest:

1) Terrae mari inundantur (Aen. I 86 — Sil. XVII 240).
2) Venti orti inter se pugnant (Aen. 83 — Sil. 247).
3) Atra nox omnia tegit (Aen. 89 — Sil. 255).
4) Fulmina cernuntur et tonitrus audiuntur:

Aen. 90: Intonuere poli et crebis micat ignibus aether
Sil. 252: Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare Fulmina.

(versus Vergilianus etiam in Silio I 135 legitur:

ruptoque polo micat igneus aether)

5) Tanta tempestatis vi perterritus hic Aeneas (Aen. 94), ibi Hannibal (Sil. 261) verba facit, quorum summa apud utrumque eadem est: O fortunati, quibus contigit, ut mortem

Digitized by Google

gloriosam in pugnando obeant, non, ut nos, ingloriosam in undis. Deinde navis fluctibus correpta iactatur.

6) De undis Vergilius dicit v. 105: aquae mons
» » Silius » v. 258: similem monti.

7) Mox naves summis in undis consistunt, mox undis teguntur:

Aen. 106: Hi summo in fluctu pendent
Sil. 274: Et fluctus supra .... pependit.

8) Notus in saxa torquet apud Sil. (v. 275) duas naves, apud Verg. (v. 108) tres, qua in re poetae exclamant:

Aen. 111: miserabile visu!
Sil. 276: miserandum et triste!

9) Navis mergitur, quod compages frangitur:

Aen. 122: laxis laterum compagibus
Sil. 278: rupta compage.

10) Variae res recensentur per naufragium in mari natantes (Aen. 118 — Sil. 279).

X. Quantum in Silio fuerit imitandi studium, haud scio an optime cognoscas e libro XVII 358, ubi in pugna apud Zamam commissa a Junone Hannibal servatur. Etenim et quod rem ipsam praecedit, colloquium Junonis cum Jove et ministeria, quibus, ut cliens servetur, Juno efficit, apud Vergilium eadem ratione instituta et disposita inveniuntur. Nam dum pugna committitur, Juno Jovi ea respondet, quae, si summam sententiae spectamus, apud duos poetas plane consentiunt. Dicit enim Juno (Aen. X 611 — Sil. XVII 358) se contra fatum, quoniam tanta vi amoris, qua antea, Juppiter non iam utatur, nihil petere audere, sed cum amicis suis pereundum sit, id unum orare, ut sibi liceat, ducem eorum incolumen servare:

Aen. X 613 ff.: Si mihi, quae quondam fuerat quamque esse decebat
Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares,
Omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum
Et Dauno possem incolumem servare parenti.
Sil. XVII 361 ff.: Quae donare potes, quoniam mihi gratia languet
Et cecidit iam primus amor, nil fila sororum
Adversus posco. Vertat terga Hannibal hosti
Ut placet, et cineres Troiae Carthagine regnent.

Digitized by Google

Quod petit Juno, Juppiter condonat:

Aen. X 624: Tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis
Sil. XVII 383: . . . nunc instanti raptum avehe leto.

Nam, addit Juppiter apud Vergilium v. 625:

Hactenus indulsisse vacat.

Silius haec Vergiliana verba in initio Jovis orationis eadem in versus sede usurpat (v. 374)

(Sed percipe coniunx).
Quatenus indulsisse vacet.

Hac venia impetrata quid facit Juno, ut ducem, cui patrocinatur, a periculis defendat salvumque e pugna educat? In formam eius mutata, quem maxime petit Turnus et Hannibal, ibi Aeneae hic Scipionis, ei obviam it, quem incolumem reddere vult, eumque telis obiectis ad pugnandum lacessit:

Aen. X 636 ff.: Tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
In faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)
Dardaniis ornat telis clipeumque iubasque
Divini assimulat capitis, dat inania verba
Dat sine mente sonum gressusque effingit euntis
. . . . . .
At primas laeta ante acies exsultat imago
Irritatque virum telis et voce lacessit.

Sil. XVII 525 ff.: Effigiem informat Latiam, propereque coruscis
Attolit cristis: addit clipeumque iubasque
Romulei ducis, atque umeris imponit honorem
Fulgentis saguli: dat gressum hatitusque cientis
Proelia et audaces adicit sine corpore motus.
. . . . . .
Sic Poeni ducis ante oculos exsultat et ultro
Scipio Junoni simulatus tela coruscat.

Ab illo petita paulatim refugit imago et sic vehementius instantem a pugna removit, donec ille, quod subito hostis evanuit, animadvertit, se a deo lusum esse. Tantae calamitatis dolore affectus iratas effundit voces, quarum non

Digitized by Google

nullae, ubi de relictis a se cogitat, simillimae apud utrumque poetam inveniuntur:

Aen. 672: Quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?
Quosne (nefas) omnes infanda in morte reliqui
Et nunc palantes video gemitumque cadentum
Accipio.

Sil. 562: . . . . . mea signa secuti,
Quis pugnae auspicium dedimus, caeduntur, et absens
Accipio gemitus vocesque et verba vocantum
Hannibalem.

Denique et Hannibal et Turnus desperantes sibi mortem illaturi sunt, cum Juno viros miserata a proposito retinet (Aen. 680—686 — Sil. 566).

Ex his versibus, quos congessi ex duobus poetis, satis constare mihi videtur, Silium nulla alia re ad hanc scaenam describendam adductum esse quam sola imitandi libidine. Itaque superflua esse puto, quae Cosackius[1]) de hoc loco disseruit, ut causas afferret, quibus permotus Silius fidem historicam secutus non esset. Etenim, inquit, si Silius Appiani fontibus usus esset, narrandum ei foret, Hannibali cum Massinissa atque Scipione certamen singulare fuisse. Tum autem magnas in difficultates incurrisset, quod aut rem in medio relinqui oporteret, qui pugnae exitus cum dignitate illorum virorum non conveniret, aut Hannibal necandus esset, id quod contra fidem historicam pugnaret.

Nunc ad alterum episodiorum genus me vertam, quorum argumentum ex memoria rerum gestarum profectum ad Vergilii exemplum dispositum est. Quibus in locis quod fructus ex lectione Maroniana captos in suum usum vertit, quotiescumque fieri potuit, Silio opprobio dandum non esse puto. Nam hoc facto nec fidem historicam neglexit, quae virtus Silii maxime in universum laudanda est, nec male carmen ornavit. Quam ob rem Sulzerus[2]) non satis recte disserere mihi videtur, cum dicit, nullum episodium e Vergilio assumptum tam bene dispositum atque idoneo loco adhibitum esse quam permulta apud Vergilium. Nam episodia, de

[1]) Quaestiones Silianae, Halis 1844, p. 43.
[2]) p. VII.

Digitized by Google

quibus nunc agitur, ex Aeneide repetita non sine idoneo iudicio pari in occasione a Silio proferuntur. Rem ita se habere, ex locis, quos iam oculis subiciam, intellegetur.

I. Primus locus, quo exemplar Vergilianum expressum est, invenitur in descriptione pugnae ad Ticinum commissae, ubi Scipio vulneratus a filio servatur, ut Liv. 21, 46 tradit. Portat enim patrem ex pugna eodem modo, quo Aeneas (Aen. II 707), umeris subiectis:

Sil. IV 469: Innixum cervice ferens umeroque parentem
Emicat.

II. Post pugnam apud Baeculam commissam, qua cum Romanis Massinissa, Numidarum rex, contenderat huic faustum omen offertur, quo a matre explicato permovetur, ut in Romanorum amicitiam se conferat. (Sil. XVI 118—133). Hoc prodigium Silium ex Aeneide II 681 ff. in suum carmen transtulisse et Vergilio auctore composuisse apertum est. Dico flammam, quae in Juli capite, cum Aeneas ad certamen egressurus est, apparet, cui apicis forma est. Quo adspectu, qui adstabant, perterriti incendium vento auctum extinguere conantur, donec in Aeneide Anchises, in Punicis mater Massinissae intellegit, portentum esse a diis missum:

Aen. II 683 ff.: Ecce levis summo de vertice visus Juli
Fundere lumen apex tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem
Excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.

Sil. XVI 120 ff.: Vertice fulsit apex crispamque involvere visa est
Mitis flamma comam atque hirta se spargere fronte.
Concurrunt famuli et serpentes tempora circum
Festinant gelidis restinguere fontibus ignes.

III. Manifestissima imitatio Vergiliana eo carminis loco invenitur, quo Scipionem ad Syphacem regem auxilii petendi causa venisse narrat. Etenim rem ipsam ex rerum Romanarum historia petitam (Liv. 28, 17) ita ad exemplum Vergilii composuit, ut nexus sententiarum et ordo verborum apud

Digitized by Google

utrumque consentiant. Apud Vergilium Aeneas ad Euandrum, apud Silium Scipio ad Syphacem regem venit, ut auxilium petat, ac benignissime uterque recipitur. Nam postquam, quod vult, exposuit, rex ora et vultus orantis contemplatus:

Aen. VIII 152: . . . ille os oculosque loquentis
Jam dudum . . . . . lustrabat.
Sil. XVI 190: Tum laetos volvens oculos adversa per ora

haec verba facit:

Aen. VIII 154: . . . ut te, fortissime Teucrum
Accipio agnoscoque libens! ut verba parentis
Et vocem Anchisae magni vultumque recordor
Sil. XVI 192: Quam te, Dardanida pulcherrime, mente serena
Accipio, intueorque libens! quamque ora recordor
Laetus Scipiadae! Revocat tua forma parentem

His verbis insequente versu, qui pariter incipit:
Aen. 157: nam memini. Sil. 195: nam repeto
rex apud utrumque addit, se antea quondam cum parente convenisse [1]), quem maxima admiratione commotus adspexerit:

Aen. 163: Mirabar duces Teucros . . . . . .
. . . . . .
. . . mihi mens iuvenali ardebat amore
Compellare virum . . . . . .
Sil. 198: Ductores miro quondam me cernere amore.

Tum poetae consentiunt, quod utrumque regem a patre utriusque ducis dona accepisse dicunt (Aen. 166 — Sil. 199) et ex parte quidem eadem apud utrumque poetam enumerantur.

Denique postero die rex et hospes vestitum armaque induunt, quae res magna ex parte similiter describitur; et congressi colloquii causa apud Verg. in mediis, apud Sil. in secretis „aedibus residunt". (Aen. 457—468 — Sil. 230—245).

IV. Per magnam libri XVI partem Silius Livium (28, 21) secutus Scipionem ludos in patris honorem instituentem inducit. Cuius spectaculi quamquam permulta exempla

[1]) Quod Silius non temere imitandi causa finxit, vide Liv. 24, 48.

Digitized by Google

praesto erant, quoniam poetae et Graecorum et Romanorum libentissime in talibus descriptionibus versati sunt, tamen Silius non exiguam partem huius descriptionis ad ludos Vergilianos, quos Aeneas in Anchisae honorem paravit, composuit ita, ut descriptiones artissime conveniant et in iis, quae ad ludos ipsos pertinent, et in iis, quae illos praecedunt. Brandstaeterus [1]) scilicet ut consilium supra iam commemoratum sequatur, iterum Vergilio quam plurima derogans negat, ludos illo auctore esse descriptos, neque dubitat Homero, quippe cuius vestigia hac in descriptione haud dubie apparent, eas partes tribuere quae Vergilio re vera vindicandae sunt. Sed quam recte de iis non iudicaverit, e locis, quos adscribam, intellegetur.

Primum enim ut Aeneas ita Scipio ad milites orationem habet, qua dicit manibus patris post non nullos dies (apud Sil. septem, apud Verg. novem) ludos se instituere velle. Quae oratio per singulas partes et in Punicis et in Aeneide eodem modo disposita est; apud Sil. Scipio ad milites in orationis initio dicit

XVI 295: mente favete pari

quae verba Aeneas apud Verg. in fine facit:

V 71: ore favete omnes.

Tum uterque certaminum genera edicit, qua in re praeter verba eadem loquendi forma verborumque dispositio usurpatur:

Aen. 67: Qui . . . valet . . . (post tres versus) . . . . adsint
Sil. 297: Qui . . . valent . . (» » ») . . . . adsint

quod verbum „valent“ permutatur apud Sil. 299 cum „cui spes est“, apud Verg. 69 „qui fidit“.

In haec Scipionis verba Silius ex alio loco descriptionis Vergilianae versum transtulisse videtur, cuius verba mutat:

Aen. 305: Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Sil. 302: Nec quisquam nostri discedet muneris expers.

Deinde in ludos ipsos iisdem fere verbis introducimur:

[1]) p. 20.

Digitized by Google

Aen. 104: . . . . expectata dies aderat
Sil. 304: Jamque dies praedicta aderat.

Tum, priusquam ad certamina descendunt, sacra faciunt:

Aen. 77: Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro
Purpureosque iacit flores ac talia fatur.
Sil. 309: Ipse tenens nunc lacte, sacro nunc plena Lyaeo
Pocula, odoriferis adspergit floribus aras.

Quamquam huic similitudini, cum in eiusdem rei descriptione inveniatur, in universum non multum tribuo, tamen apud Silium, utpote apud quem frequentissima certa Vergilii vestigia reperiantur, plane omittendam esse non affirmaverim.

Tum etsi genera ludorum apud illos poetas discrepant, tamen, si respicitur, qua ratione certamen dispositum sit, facile intellegitur, Silium Vergilianum certamen in usum vocasse. Hoc ita esse quamquam omnes adnotaverunt, tamen mirum est, quod nemo ad hoc tempus animadvertit, Silium ne in minimis quidem rebus a Vergilio abhorrere ausum esse. Dico primam ludorum partem: apud Vergilium navibus, apud Sil. curribus inter se contendunt milites. Et pro Siliano ingenio falli mihi non videor, cum dico Silium fortasse versibus Aeneidis 144—150, quibus Vergilius celeritatem navium cum curribus comparat, adductum esse, ut in primo ludorum loco cursum quadrigarum poneret. Jam sequantur similitudines, quae inveniuntur:

Primum uterque poeta enumerat quattuor viros, qui inter se certant.

Deinde cum signo dato certamen exordiatur, ii, qui spectant, plaudunt:

Aen. 148: Tum plausu fremituque virum . . .
Sil. 337: Conclamant, plausuque fremunt

Tum apud Silium unus quisque certantium eadem fortuna utitur, qua apud Verg. is, qui eundem locum in cursu obtinet:

Incidit enim is, qui quarto loco contendit, in malum adversum, quo prohibetur, ad finem certaminis currere (Aen. V 202 — Sil. XVI 406).

Digitized by Google

Qui secundum locum tenet, primum superat (Aen. 167 — Sil. 395) et victoriam reportat (Aen. 241 — Sil. 441).

Primum, qui iam a secundo superatus est, is quoque assequitur, qui ad id tempus tertio in loco cucurrerat (Aen. 223 — Sil. 418).

Qua re ad spem victoriae adductus tertius tanto impetu fertur, ut paene illum superet, qui initio secundum locum obtinuit et postea victor discedit (Aen. 225 — Sil. 421).

Iis, qui calamitatem in certando acceperant, par donum datur, apud Verg. serva, apud Sil. servus (Aen. 282 — Sil. 453).

Finem ludis faciunt, qui societate sua solemne certamen maiore honore augere videntur, in Punicis L. Scipio, frater imperatoris, et Laelius (576), in Aeneide Julus, Aeneae filius, puerique aequales (545).

Deinde si omnes in ludorum descriptione similitudines in animum revoco, non casu factum esse credam, ut Silius prodigium certantibus obiciat (XVI 587), sed hac quoque in re Vergilium Silio exemplo fuisse, etsi locus Vergilianus (V 522) aliud omen exhibet ac Silianus — exardescit enim sagitta ab Aceste missa —. Argumentum ipsum prodigii fortasse, ut Ernestius ait, ex historia Romuli petiit, cuius hasta in Palatinum montem coniecta in magnam cornum excrevit (Ovid. met. XV 560).

Denique hoc loco non nullos Silii versus ex Aeneide expressos adnotabo, qui in ceteris certaminibus longe aliter dispositis nobis occurrunt:

1) Aen. V 170: Radit inter laevum interior
   Sil. XVI 362: Sed laevo interior stringebat tramite metam
2) Aen. 307: .... caelatamque argento ferre bipennem
   Omnibus hic erit unus honos.
   Sil. 446: Par donum solido argento caelata bipennis
   Omnibus
3) Aen. 291: Hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
   Invitat pretiis animos, et praemia ponit.
   Sil. 458: His actis ductor laeta ad certamina plantae
   Invitat positisque accendit pectora donis.
4) Aen. 137: Intenti expectant signum, exsultantiaque haurit
   Corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido
   Sil. 479: Qui postquam arrecti plantis et pectora proni

Digitized by Google

Pulsantesque aestu laudum exsultantia corda
Accepere tuba spatium

qui versus leguntur etiam in Georg III 105.

5) Aen. 339: . . et nunc tertia palma Diores
Sil. 504: . . . nunc ordine tertia palma Hesperon.

V. Scipioni in Africam transeunti duae aquilae praevolantes viam monstrant XVII 52 ff., ut apud Verg. duae columbae a Venere missae Aeneam ad aureum ramum ducunt VI 190 ff. Cum autem Scipio Jovis proles, Aeneas Veneris duceretur, Silio aliae aves eligendae erant, ut Ernestius recte commemorat. Dicit enim „Atque ut ibi Vergilius in delectu columbarum, avium Veneris matris Aeneae, certum iudicium sequebatur, ita nec temere Silius videtur armigeras Jovis volucres adhibuisse, quae Scipioni Jovis proli iter praeirent". Et loco citato inveniuntur versus, qui Vergiliana verba a Silio suo more mutata praebent:

Aen. VI 199: Pascentes illae tantum prodire volando
Quantum acie possent oculi servare sequentum
Sil. XVII 56: Tantum progressos liquida sub nube volatus
Quantum non frustra speculantum lumina servant.

VI. Quae Liv. 21, 10 de rebus in senatu Carthaginiensium actis tradit, cum Romanis bellum illaturi essent, facile a poeta ornari componique potuerunt ad Vergiliani loci exemplum, ubi Latinos de bello gerendo consilia ineuntes facit XI 296 ff. Et Silius, qui Vergilium, quotiescumque potuit, secutus est, hoc loco, quo res vere simillimae erant atque etiam ex parte pares, fide historica non neglecta Vergilium imitari non dubitavit. Res enim, de quibus in senatu agitur, pariter se habent in Aeneide et in Punicis: bellum inter Latinos et Troianos conflatum esse videbatur propter solum Turnum, qui Aeneae cedere nolebat. Similiter res narratur in Punicis. Hannibal, enim, ut Silius quidem per totum carmen demonstrare conatur [1]), Saguntum senatu non consentiente expugnarat et Carthaginem in discrimen vocarat gloriae cupiditate incensus. Hoc argumentum in senatu orator imperatori non ita amicus,

[1]) vide Heynacherum.

Digitized by Google

hic Drances ibi Hanno, affert: dissuadet bellum, quod dux solus sit belli causa. Qua in re Silius formam Vergilianae orationis exhibet. Dicit enim Drances, omnes haud ignorare, se non sibi, sed duci bellum gerere; sed timore adductum nullum, quid sentiat, libere profiteri audere:

Aen. XI 344: . . . . . cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.

Sil. II 279: Cuncta quidem, patres, neque enim cohibere minantum
Irae se valuere, premunt formidine vocem.

Se autem, vel suo cum periculo, quid poscat patriae salus, verbis exprimere dubitaturum non esse:

Aen. 348: Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur. (Turnus).

Sil. 281: Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.

Summam orationis ipsius apud utrumque eandem esse consentaneum est: Desine bellum gerere neve proicias nos in perniciem:

Aen. 365: . . . . . miserere tuorum
Pone animos et pulsus abi. Sat funera fusi
Vidimus ingentes et desolavimus agros.

Sil. 325: Si bello absistis, nec te victoribus offers,
Quantum, heu, Carthago, donat tibi sanguinis Hannon!

Ira impulsus apud Verg. Turnus orationem Drancis interrumpit:

Aen. 377: Dat gemitum rumpitque has imo pectore voces.

Hanc Vergilii sententiam Silius ita mutat, ut de Gestare in loco Hannibalis absentis loquente dicat:

Sil. 328: mediamque loquentis
Bis conatus erat turbando rumpere vocem.

Jam non nullos Punicorum locos enumerabo, qui quamvis a Silio ad exemplum Aeneidis compositi sint tamen omni ex parte cum Vergiliano carmine comparari non possunt, quia variati sunt, sive quod Silius mutare voluit sive quia res in Punicis propositae diversae sunt. Deinde pauca afferam, in

Digitized by Google

quibus saepe diiudicari non potest, utrum Silius Vergilium secutus sit an potius Homerum, cuius imitatorem Vergilium fuisse, ut omnes poetas epicos, notum est. Hi enim Homerum quibusdam in partibus secuti communes quosdam locos sibi paraverunt, qui in omnibus fere carminibus et apud Graecos et apud Romanos ubique similiter compositi sunt. Itaque omnes poetae carminibus locos ex Homeri carminibus expressos intexere potuerunt, quamquam Homerum ipsum in scribendo secuti non sunt, sed alium poetam, qui eos Homero debebat. Quo circa si praeter quandam compositionis similitudinem certa documenta, quibus Silio locum Vergilianum ante oculos fuisse pateat, desunt, dubito contendere, imitationem Vergilianam exstare. Sed rem in medio relinquere malo, praesertim cum iam ab aliis commemoratum sit, Silium Homerum ipsum non ita raro secutum esse.

Primum sequantur, quae Silius Vergilio debere videtur, etsi in singulis rebus comparatio institui non potest:

I. Ut Vergilius in recensione Turni copiarum Camillam quandam, Amazonum reginam, nominat (VII 803), ita Silius ad Hannibalis exercitum Asbyten, Amazonum reginam, accessisse fingit (II 56) moresque earum et habitus similiter ab utroque describuntur (Aen. 805 — Sil. 68).

II. Turnus (IX 722) portis a Pandaro inter pugnandum reclusis in castra Troianorum nullo comite irrumpit multisque caesis ex adversa regione incolumis evadit. Hanc Aeneidis scaenam Silius in suum carmen transtulit XIII 173. Claudius Romanus certamine singulari cum Crista Poeno facto, cuius alio in loco Livius mentionem facit (23, 46—47), simul cum hoste fugiente nullo comite in Capuam urbem ingreditur evaditque ex porta adversa.

III. Ostentum ante pugnam copiis obiectum Tolumnius augur explicat et deos Rutulis favere affirmans telo in hostes misso efficit, ut acies manus conserant (Aen. XII, 266):

v. 266: Dixit, et adversos telum contorsit in hostes

Eadem res apud Silium legitur IV 134:

Tum dictis comitem contorquet primus in hostes
. . . . . hastam.

Digitized by Google

Cuius rei mentione facta uterque poeta mortem auguris narrat:

Aen. XII 461: (occidit Tolumnius)
Primus in adversos telum qui torserat hostes
Sil. V 402: Occumbit Bogus, infaustum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutulos contorserat hastam.

IV. Hannibal perlustrat simulacra in foribus templi Gaditani insculpta III 32. Hanc compositionis formam e Vergilio (Aen. VI 20 et Georg. III 26) Silius assumpsisse videtur.

V. Similem eius modi compositionem Silius debet Vergilio in libro VI 653. Hoc in loco spectat Hannibal in templo Literni res bello Punico primo gestas picturis exhibitas, ut Aeneas I 453 in templo Carthaginiensi res in bello Troiano gestas.

VI. In pugna apud Cannas commissa Aeolus, „cui flamina carcer Imperio compressa tenet“ (Sil. IX 491 — imperiō premit Aen. I 54), a Junone, quae non parva ei dono se daturam esse promittit (Aen. I 71 — Sil. IX 494), oratus Volturnum ventum contra Romanos inflantem facit, ut in Aeneide omnes ventos in Aeneae classem.

VII. Postquam Hannibal ab urbe Roma, quam expugnare non potuit, abiit, Romani laeti exeunt locumque, ubi castra hostium posita erant, oculis perlustrant et in animos sibi revocant, quo quisque in loco sedem habuerit. Sil. XII 744 ff. Haec descripsit ad exemplum Vergilii Aen. II 27 ff., ubi Troiani in castra a Graecis relicta se conferunt; ex eodem loco etiam Silius haec transtulit verba:

Aen. II 29: saevus tendebat Achilles.
Sil. XII 749: saevusque tetenderit Hannon.

VIII. Marcellus apud Sil. XV 353, ut apud Verg. Aeneas (XII 432) cum filio adulescentulo arma sibi induente ante pugnam colloquitur illumque hortatur, ut in pugnando patris virtutem sibi sumat exemplum:

Aen. XII 435: Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem
Sil. XV 359: . . . . . lateri te iunge paterno
Et me disce novum Martem tentare magistro.

Digitized by Google

Deinde eos locos adnotabo, in quibus, utrum Silius Vergilium an Homerum ante oculos habuerit, diiudicari nequit aut ubi utrumque eum secutum esse veri simile est:

I. In descriptione clipei Hannibalis exempla habuit in Aen. VIII 626—728. et Hom. Il. XVIII 428—617, quorum utrumque locum usurpasse videtur; in II 449 in primis Il. v. 478, ubi circum extremam clipei oram imaginem Hiberi fluminis fictam esse dicit.

II. Similis est locus Silii VII 429, ubi Proteus nymphis, quae adventu classis Carthaginiensis perterritae ad eum confugerant, vaticinans inducitur. Talis de Proteo narratio legitur Georg. IV 387 et Od. IV 384. Ernestio, qui hunc locum e Vergilio Silium petiisse putat, quia versus

Georg. 374: pendentia pumice tecta
Sil. 419: pumiceae sedes
Georg. 418: specus ingens exesi latere in montis
Sil. 419: in antro . . . abrupto.

inter se respondeant, adstipulari non possum. Neque enim ea est horum versuum similitudo ut ex iis concludi possit, ex Vergilio haec a Silio expressa esse. Equidem rem in medio relinquere malo.

Praeter ea silentio non praeteribo, ut a Vergilio alio loco (Aen. X 225), sic a Silio Cymodocae nymphae primas loquendi partes assignari.

III. Ad inferos Silius more epico, quem plerique poetarum sequuntur, Scipionem descendentem inducit XIII 400—895. Qua in re praesto ei erant descriptiones Homeri Od. XI et Vergilii VI 264—901. Quorum utrumque quamquam apertum est eum in usum vocasse, tamen in universum animadvertendum est, aliter atque illos eum locorum inferiorum descriptionem disposuisse, et permultis in locis, qui quidem ad compositionem pertineant, ab illis abhorrere, ut solis Homero et Vergilio auctoribus eum usum non esse appareat. Quos autem quibusque in locis secutus sit[1]), an

[1]) Heynius Verg. VIII cogitat de Platonis Phaedone. — Ernestius ad v. 595 cogitat de Senecae Herc. Fur. 686.

Digitized by Google

suo ingenio indulserit, huius quaestionis non est proferre. Mihi enim propositum est vestigia Vergilii, quae apud Silium inveniuntur perscrutari. Silii quidem ars compositionis hac in parte Vergilianae vix similis est. Itaque, ut uno exemplo utar, hanc non puto esse imitationem, quod Scipio, priusquam ad manes descendit, ut Aeneas apud Verg., diis inferis sacra facit. Etenim hoc poscit veterum religio, neque poetae modo, sed omnes scriptores in tali occasione de ritu eadem narrant. Idem sentio de descriptione locorum et animalium, sicut de Cerbero, sedibus piorum, fluminibus etc., in quibus Silius communem poetarum morem secutus est. Nam, quae Vergilii propria sunt in compositione, ea Silius aliter instituit. Contra saepissime apud Silium Vergiliana verba legimus, quibus satis apparet eum, etsi in indole et dispositione huius partis Vergilium magis quam aliis locis neglexit, tamen illius auxilio carere non potuisse. Quales autem sint eius modi imitationes, ex his exemplis, quorum numerus augeri facile potuit, intellegetur:

1) Scipio et Aeneas a vate petunt, ut se ad inferos patris visendi causa deducat:

Aen. VI 108: Ire ad conspectum cari genitoris et ora
Contingat
Sil. XIII 403: .... et adspectus orat contingere patrum
(cfr. et 506.)

2) Alloquitur Scipio umbram Appii:

Sil. 450: Quisnam te, qui casus ait, dux maxime, fessae
Eripuit patriae ....

Aeneas umbram Palinuri:

Aen. 341: ..... Quis te Palinure, deorum
Eripuit nobis ....

3) Ea sede, qua sacerdotes et poetas versari dicit, haec Vergiliana nobis occurrunt:

Aen. 662: ..... et Phoebo digna locuti
Inventas aut qui vitam excoluere per artes
Sil. v. 537: Exin, qui laetas artes vitaeque colendae
Invenere viam, nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt Phoebo.

Digitized by Google

4) de piis dicitur:

Aen. 715: Securos latices et longa oblivia potant
Sil. 555: Lethaeos potat latices, oblivia mentis.

5) Acheron flumen sic describitur:

Aen. 297: Aestuat atque omnem Cocyto eructat arenam
Sil. 572: Aestuat et gelidam eructans cum murmure arenam.

6) Umbram colloquio facto discedentem oculis prosequuntur Aeneas et Scipio:

Aen. 476: Prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem
Sil. 704: Prosequiturque oculis puer adveneratus euntes.

7) Postquam manes adierunt, redeunt:

Aen. 899: Ille viam secat ad naves sociosque revisit
Sil. 895: Tum laetus socios iuvenis portumque revisit.

Praeterea conferantur Aen. 748—51 — Sil. 558. A. 550 — S. 563. A. 285 ff. — S. 587 ff. A. 537 — S. 806. A. 597 — S. 839. A. 560 — S. 832. A. 828 — S. 864.

Digitized by Google

B.

Imitationes singulorum Aeneidis versuum, quas in discrimen vocare huius capitis est, distribuo tria in genera.

Versus primi generis non tam imitatione expressi quam e Vergilio recepti sunt.

Secundum genus amplectitur versus, quorum auctor, quamvis a Silio variati sunt, Vergilius potius quam Silius haberi debet.

Tertio genere afferuntur loci, qui etiamsi minus ab Aeneide, quam primum et secundum genus, pendere videntur, tamen, quia si non verborum, at certe et formae et argumenti similitudines praebent, ad Vergilii exemplum facti esse videntur.

Qua ratione in primo genere Silius usus sit, operae pretium est paucis exponere. Duas esse opinor mutuandi rationes. Aut transfertur alicunde versus, qui leviter mutandus est, sive quod in sententiam aliter constructam transponitur sive quia ad aliam rem refertur; aut ad verbum versus describitur. Vergiliana prioris generis apud Silium haec reperiuntur:

1) Aen. VI 102: furor et rabida ora quierunt
   Sil. VII 253: furor et rabida arma quierunt
2) Aen. X 390: Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in agris
   Sil. II 636: Vos etiam primo gemini cecidistis in aevo
3) Aen. VIII 456: Et matutini volucrum sub culmine cantus
   Sil. XIV 22: Et matutinos volucrum transmittere cantus
4) Aen. II 98: spargere voces In vulgum ambiguas
   Sil. VII 264: spargere causas In castra ambiguas
5) Georg III 171: summo vestigia pulvere signent
   Sil. IV 147: summo vestigia pulvere signat
6) Georg IV 401: medios cum sol accenderit (aestus)
   Sil. III 671: medius cum sol accendit (Olympum)

Digitized by Google

7) Aen. X 625: Hactenus indulsisse vacat
Sil. XVII 374: Quatenus indulsisse vacet
8) Aen. IV 135: Stat sonipes et frena ferox spumantia mandit
Sil. V 147: Stat sonipes vexatque ferox humentia frena.
9) Aen. VIII 61: honorem Persolves. Ego sum.
Sil. IV 738: persolves . . . honores. Namque ego sum
10) Aen. IX 724: converso cardine torquet Obnixus
Sil. XIII 251: cardine verso Obnixi torquent.

Alterius generis versus non mutantur, quia omni ex parte in sententiam quadrant. Hoc genus apud poetas multo rarius reperitur quam prius. Apud Silium complures huius generis versus leguntur, in quibus recipiendis sine apto iudicio egisse videtur. Nam quamquam ceterae versus partes ad verbum translatae sunt, unum omnino vocabulum mutavit idque semper fere ridiculum in morem, cum in eius loco synonymum, quod vocatur, ponit aut grammaticum numerum alicuius verbi permutat:

1) Synonymo in alius vocis loco posito Vergiliana verba refert:

a) Aen. VIII 42: ne vana putes haec fingere somnum
Sil. VIII 179: ne falsa putes haec fingere somnum
b) Aen. VIII 589: Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Sil. VII 639: Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda
c) Aen. I 3: terris iactatus et alto
Sil. VII 474: terris iactatus et undis
d) Aen. XI 135: sonat icta bipenni
Sil. X 530: sonat acta bipenni
e) Aen. V 455: Tum pudor incendit
Sil. I 493: Tum pudor accendit.
f) Aen. VIII 154: ut te . . . . . .
Accipio agnoscoque libens! ut
Sil. XVI 192: Quam te . . . . . .
Accipio intueorque libens! quam

2) numero alicuius vocabuli mutato:

a) Aen. I 127: placidum caput extulit unda
Sil. VII 254: placidum caput extulit undis[1])
b) Aen. XII 84: Qui candore nives anteirent.
Sil. XIII 116: Quae candore nivem, candore anteiret.

[1]) Extrema verba redeunt apud Georg IV 352 — Sil. VIII 252.

Digitized by Google

Hoc mutandi studium, eam ob rem commemoratione dignum est, quod effluxisse videtur ex alio poetae studio, quod a Vergilii ratione longe alienum est. Cum enim Vergilius saepissime versus iteraverit, id quod exilem magis diligentiam poetae quam occupatum gravioribus animum prodit, Silius hac in re auctorem suum non sequitur. Etenim ubique summo studio summaque arte eum id studuisse videmus, ne in verba a se iam usurpata iterum incideret. Quae ars colores variandi est, ut Ernestius ait, pars ingenii Siliani maxime insignis et ferax [1]).

Venio nunc ad alterum imitationum genus. Cum enim in illo priore genere Silius Vergiliana ipsa paululum mutata praebeat, hic versus ipsos e Vergilio transcriptos non habemus, sed tamen satis certa originis vestigia relicta sunt. Hoc imitationum genus praeter compositionis artem, de qua prima huius dissertationis parte egi, maxime idoneum est, quo declaretur, quid de Silii ingenio iudicandum sit, cum propter numerum versuum descriptorum, qui maior apud Silium est quam apud ullum alium poetam, qui Vergilium secutus est, tum maxime propter rationem in imitando usitatam. Est enim tam exigua in Silio ingenii vis, ut nusquam a lectione Vergiliana animum revocare possit, sed omnia reddat, quae simili Aeneidis loco propria sunt.

Inveniuntur autem imitationes:

I. in iis, quae addit ad locorum, fluviorum, urbium etc. nomina. Rem ipsam plerumque notissimam, quia ubique fere narratur, e Vergilio haurire non opus erat. Nam Silium, ut exemplum proferam, cum Agrigentum nominat „altorem equorum“ XIV 208, hoc e Vergilio (III 704 „generator equorum“) descripsisse vix credibile est; talia omnes tum scribere potuerunt etiam Vergilio non lecto, velut nos hodie dicimus de pretio equorum Anglicanorum vel Hungaricorum [2]). Sed tamen non numquam illum ante oculos ei fuisse, similitudinibus demonstratur, quae exstant inter duos poetas:

---

[1]) idem demonstrat in epithetis Leo Cholevius.

[2]) In quaestionibus huius modi proficere potes ex Blasii dissertatione, in annalibus Fleckeiseni 1874 p. 506, ubi de Wezelii libro loquitur.

Digitized by Google

1) Georg II 146: Hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro
(cf. Sil. IV 548.)
Sil. VIII 452: Et lavat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum
2) Aen. III 700: et fatis numquam concessa moveri
Apparet Camarina
Sil. XIV 198: Et cui non licitum fatis, Camarina, moveri
3) Aen. VII 801: Qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas
Quaerit iter valles atque in mare conditur Ufens
Sil. VIII 382: Qua Saturae nebolusa palus restagnat et atro
Liventes coeno per squalida turbidus arva
Cogit aquas Ufens.

fortasse huc pertinet et:

4) Aen. X 28: Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis Tydides.
Sil. VII 483: (Damnatoque deum quondam per carmina campo)
Aetolae rursus Teucris pugnabitis umbrae.

Praeter ea non frustra conferantur:

Aen. IV 414 ff. de Sicilia olim cum Italia cohaerente — Sil. XIV 11 ff.
Aen. III 571 ff. de Aetna — Sil. XIV 56 ff.

II. in descriptionibus

a) armorum:

1) Aen. III 467: Loricam consertam hamis auroque trilicem
Sil. II 401: Praeterea textam nodis auroque trilicem Loricam
2) Aen. VII 657: Pulcher Aventinus clipeoque insigne paternum
Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram
Sil. II 158: Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat
In clipeo, et sectis geminam serpentibus hydram.

b) vestitus:

1) Aen. V 556: Omnibus in morem tonsa coma pressa corona
Cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro
Sil. XVI 526: Intonsasque comas viridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.

Digitized by Google

2) Aen. VIII 659: Aurea caesaries ollis atque aurea vestis
Virgatis lucent sagulis tum lactea colla
Auro innectuntur.
Sil. IV 154: Colla viri fulvo radiabant lactea torque
Auro virgatae vestes
3) Aen. I 403: Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere (de Venere)
Sil. XV 23: Altera Achaemenium spirabat vertice odorem
Ambrosias diffusa comas. (de Voluptate)
(cfr. et VII 469.)

c) pugnarum:

1) Aen. X 476: Illa volans umeri surgunt qua tegmina summa
Incidit atque viam clipei molita per oras
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Sil. XV 754: . . . . . Illa per oras
Aerati clipei et loricae tegmina summo
Incidit haud felix umero, parceque petitum
Perstrinxit corpus.

2) Turris in obsidione Syracusarum incensa deflagrat, qua in re describenda non nulla Silius petiit e Vergilii loco:

Aen. IX 535: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus
Et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
Corripuit tabulas.
Sil. XIV 305: Huic procul ardentem iaculatus lampada Cimber
Conicit et lateri telum exitiabile figit.
Pascitur adiuto Vulcanus turbine venti.

3) de equo vulnerato

Aen. X 892: Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
Verberat
Sil. XVII 135: . . . . . erexitque ore cruento
Quadrupedem, elatis pulsantem calcibus auras

4) inter pugnam porta aperitur:

Aen. IX 724: (Portam vi magna) converso cardine torquet
Obnixus latis umeris
Sil. XIII 251: . . . . . Tum cardine verso
Obnixi torquent obices.

Digitized by Google

5) homo fugiens strepitu perterretur:

Aen. II 728: Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Sil. VI 58: Sonus omnis et aura Exterrent

6) pacem aliquis petit

Aen. VIII 116: Paciferaeque manu ramum praetendit olivae
(cfr. Aen. XI 332.)
Sil. XIII 69: Praetendens dextra ramum canentis olivae.

7) maiore impetu aliquis fertur:

Aen. V 455: Tum pudor incendit vires et conscia virtus
Sil. I 493: Tum pudor accendit mentem nec conscia fallit
Virtus

8) Aen. X 489: Et terram hostilem moriens petit ore cruento
Sil. V 526: appetit ore cruento Tellurem exspirans.

d) aliarum rerum:

1) munera famulorum recensentur:

Aen. I 703: Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam
Cura penum struere, et flammis adolere penates
. . . . . .
Qui dapibus mensas onerent et pocula ponant.
Sil. XI 277: Turba gregis: posuisse dapes his addita cura
His adolere focos, his ordine pocula ferre
Nec non et certis struitur penus

2) rogus exstruitur:

Aen. VI 177: . . . . . aramque sepulcro
Congerere arboribus caeloque educere certant
Sil. XV 387: . . . . . Alta sepulcri
Protinus exstruitur caeloque educitur ara

3) ostium templi praeda et spoliis hostium ornatum describitur:

Aen. VII 183: Multaque praeter ea sacris in postibus arma
Captivi pendent currus curvaeque secures
Et cristae capitum et portarum ingentia claustra
Spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis
Sil. I 617: In foribus sacris primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque rapta

Digitized by Google

Pugnantum ducibus, saevaeque in Marte secures
Perfossi clipei et servantia tela cruorem,
Claustraque portarum pendent.

4) alia diversi generis:

Aen. IV 209: . . . . . caecique in nubibus ignes
Terrificant animas et inania murmura miscent
Sil. XII 628: . . . . . caecum e nubibus ignem
Murmuraque a ventis misceri vana docebat

5) V. Ecl. IV 14: Irrita perpetua solvent formidine terras
Sil. XIII 893: Ac tandem terras longa formidine solvet

6) in initio narrationis calamitatis dicitur, Apollinem procul ab urbe afuisse:

Aen. I 568: Nam tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe
Sil. XV 334: Sed quis aversos Phoebum tunc iungere ab urbe
Romulea dubitaret equos.

Praeter ea conferantur:

Aen. I 423 ff. — Sil. II 406 ff.; Georg. III 311 — Sil. III 274; Aen. VII 732 — Sil. III 278; Aen. VII 623—640 — Sil. IV 12—25; Aen. VIII 266 — Sil. V 441; Aen. VII 687 — Sil. VIII 495; Aen. X 207 — Sil. XI 493; Aen. XI 24. 25 — Sil. XV 395; Aen. X 892 ff. — Sil. XVII 135 ff.; Aen. VII 533 — Sil. XVII 440 (IV 171).

III. Similitudinibus, quae exstant in religionis et mythologiae rebus, non multum tribuo, quia saepissime e communi fonte haustae sunt[1]). Pleraque enim, quae spectant ad mythologiam, iam ab antiquissimis temporibus semper eodem modo ab omnibus poetis tractata sunt, ut difficilimum sit statuere, poetam aliquem his in rebus hunc aut illum sequi. Quod igitur apud Silium Juno Romanis inimica est aut dii fato subacti sunt aut singulorum deorum potestates aut cultus formae describuntur, non est, cur Silium haec e Vergilio petiisse contendamus. Nam eadem iam narrata sunt ab Ennio, Ovidio, aliis. Eius modi locus est:

Aen. VIII 139: . . . . . Quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit
Sil. III 203: Cui gelidis almae Cyllenes editus antris.

[1]) vide Schererum.

Digitized by Google

Et tamen talia imitatione expressa esse in editionibus legimus. Itaque, nisi apud Silium eadem verba leguntur, quibus Vergilius usus est, aut res Vergiliano modo instituta ordinataque est, non puto quaerendum esse, utrum Vergilius ei ante oculos fuerit necne. Quo circa ea exempla afferam, quibus probetur, verba Vergilii illum iterum usurpasse:

1) Aen. VI 400: . . . . . licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exsanguis terreat umbras
Sil. III 35: Ast Stygius, saevis terrens latratibus umbras
Janitor, aeterno tum primum tractus ab antro
(Vincla indignatur)

2) V. Culex 126: Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos
Sil. III 311: Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca

3) de Phoebo:

Aen. VI 56: Phoebe gravis Troiae semper miserate labores
Sil. XII 331: Troianos notus semper minuisse labores

(„minuisse“ cum „miserate“ ex parte consonare videtur).

4) Ubi in sacerdotes invehitur, forma Vergiliana utitur:

Aen. IV 65: Heu vatum ignarae mentes!
Sil. VIII 100: Heu sacri vatum errores!

5) Vestigia Vergiliana invenio in fabula Daedali:

Aen. VI 14: Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna
Praepetibus pennis ausus se credere caelo
Insuetum per iter gelidas enavit ad arctos
. . . . . .
. . . . . tibi, Phoebe, sacravit
Remigium alarum posuitque immania templa
Sil. XII 89: . . . . . Cum bella timeret
Dictaei regis, sic fama est . . . . .
. . . . . .
. . . . . aethereas aliena tollere in auras
Ausus se penna . . . . . .
. . . . . media inter nubila corpus
Enavit . . . . . .
. . . . . lapsumque solutis
Pennarum remis (vidit freta)

Tum templum Apollini et pennas sacratas esse dicitur.

Digitized by Google

Non nulli versus similia praebent, quae pertinent ad sacrificia:

6) Aen. IV 63: pecudumque reclusis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta
Sil. I 120: raptimque recludit
Spirantes artus poscens responsa sacerdos
Ac fugientem animam properatis consulit extis
7) Aen. VIII 84: Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Juno,
Mactat sacra ferens
Sil. XIII 136: Mactat, diva, tibi tibi enim haec gratissima sacra
8) Aen. VI 258: Procul, o, procul este profani
Sil. XVII 28: Et procul hinc, moneo, procul hinc, quaecumque profanae

Quae verba Silius non in sacrificando usurpat.

Praeter ea conferantur:

Aen. IV 247 ff. — Sil. I 202 ff. Aen. VII 759 — Sil. III 346. Aen. VII 762 — Sil. III 369. Aen. VIII 417 — Sil. XV 56. et fortasse Aen. I 423 — Sil. II 407. Aen. II 162—167 — Sil. XIII 41—50.

9) Hannibali curis vexato, quod a Fabio dictatore ab incepto depulsus erat, animum addere Juno Annam Perennam iubet. Qua re adductus Silius per partem libri VIII non exiguam narrat, quo modo factum sit, ut Anna quamvis ex Poenorum gente orta esset, apud Romanos dea haberetur et coleretur. Auctores hac in descriptione secutus est, Ovidium (fasti III 523 ff.) et Vergilium (IV). De rei compositione verba mihi facienda non sunt, quia pariter se habet apud Vergilium et Silium, praeterquam quod in Aeneide Didonis mortem poeta narrat, in Punicis poeta Annam Hannibali narrantem fingit. Jam enumerentur versus:

1) Aen. IV 646: Conscendit furibunda rogos ensemque recludit
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus
Sil. VIII 52: Festinat furibunda pyram. Tum corripit ensem
Certa necis, profugi donum exitiale mariti

qui versus apud Silium alio loco invenitur:

VIII 150: Ensem Dardanii quaesitum in pignus amoris.

Digitized by Google

2) Ante mortem Dido has effundit voces:

Aen. IV 651: Dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,
Accipite hanc animam meque his exsolvite curis.
Vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Sil. VIII 141: Di longae noctis, quorum iam numina nobis
Mora instans maiora facit, precor, inquit, adeste,
Et placidi victos ardore admittite manes.
Aeneae coniunx, Veneris nurus, ulta maritum,
Vidi constructas nostrae Carthaginis arces
Nunc ad vos magni descendet corporis umbra.

3) Dido mortua reperitur:

Aen. IV 664: Conlapsam aspiciunt comites . . . . . .
. . . . . it clamor ad alta
Atria . . . . . .
Lamentis gemituque et femineo ululatu
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether.

Sil. VIII 151: Viderunt comites, tristique per atria planctu
Concurrunt, magnis resonant ululatibus aedes

4) Qua re nuntiata Anna accelerat:

Aen. IV 672: Audiit exanimis trepidoque exterrita cursu
Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis
Per medios ruit ac morientem nomine clamat.

Sil. VIII 153: Accepi infelix, dirisque exterrita fatis
Ora manu lacerans, lymphato regia cursu
Tecta peto, celsosque gradus evadere nitor.

5) Quae Vergilius dicit de Didone moribunda, Silius in Annam transfert mutata quidem, sed ita, ut colorem Vergilianum difficile non sit intellegere:

Aen. IV 690: Ter sese attolens cubitoque adnixa levavit
Ter revoluta torost . . . . . .

Sil. VIII 156: Ter diro fueram conata incumbere ferro
Ter cecidi exanimae membris revoluta sororis.

IV. Alius generis sunt haec exempla:

1) Aen. VIII 364: . . . . . et te quoque dignum
Finge deo

Sil. VI 537: Tu quoque . . . . . dignum te
Fingere non cessa

Digitized by Google

2) Aen. IX 247: . . . . quorum semper sub numine Troia est
Sil. XVI 655: sub numine quorum.
Gens Troiana sumus
3) Aen. VIII 163: ardebat amore Compellare virum
Sil. XIII 719: Appellare viros erat ardor.

Restat tertium genus. Postquam adhuc locos Silianos contemplati sumus, qui quin ex Vergilii Aeneide petiti sint, dubium non est, iam transeamus ad eos, quibus vestigia Vergiliana leviter tantum impressa sunt. Qui quamquam et in forma et in verbis variati saepe imitationem prodere non videntur, tamen Vergilio auctore Silium eos finxisse et composuisse persuasum mihi est. Huius generis similitudines non hoc modo ortae esse putandae sunt, ut Silius in scribendo Vergilium ad manus sumeret et ad illius exemplum elaboraret, quod certe de paucis versibus valet. Altera pars eaque maior convenit cum Vergilio, quod Silius quasi invitus in similem locum incidit, qui in memoria haerebat, id quod de homine magna lectione imbuto per se consentaneum est. Sed in singulis exemplis cum fieri non possit, ut diiudicetur, utrum Silius ad certi loci exemplum scripserit necne, promiscue enumerabo exempla. Et quoniam tot tantasque similitudines inter Silium et Vergilium exstare iam constat, etiam tenuissima vestigia neglegenda non esse puto, dum id unum teneamus, ne modum excedamus neve statim de imitatione cogitemus, ubi ex alio fonte facile derivari potest similitudo. Nam hoc quoque reputandum est, Silium permultos alios scriptores imitatum esse videri[1]). Quam ob rem exemplis, quae exhibui, multa alia fortasse aliquis addere vel de iis, quae attuli, aliter iudicare poterit. Affero autem haec:

1) De Mauris dicit Silius, quae Vergilius de Afris:

1) Georg. III 341: Saepe diem noctemque et totum ex ordine mensem
Pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis
Hospitiis: tantum campi iacet. Omnia secum
Armentarius Afer agit tectumque laremque
Armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram

[1]) De quibus vide Wezelii dissertationem.

Digitized by Google

Sil. II 441: It liber campi pastor, cui fine sine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus: omnia Poenum
Armenti vigilem, patrio de more sequuntur
Gaesaque latratorque Cydon, tectumque
focique etc.

2) Versui Sil. II 636:

Vos etiam primo gemini cecidistis in aevo

ex Aeneide X 390, ut supra demonstravi, descripto addit Silius mutatis paulum verbis ea, quae apud Vergilium sequuntur:

Aen. X 391: . . . . . simillima proles
Indiscreta suis gratusque parentibus error
Sil. II 638: Cuncta pares; dulcisque labor sua nomina natis
Reddere.

3) Ubi Hannibalem uxorem invitam e castris removentem fingit, Silio narratio Vergiliana de Euryalo et Niso ante oculos versata esse videtur:

Aen. IX 211: Si quis in adversum rapiat casusve deusve,
Te superesse velim, tua vita dignior aetas
Sil. III 94: (Si Fortuna) Laevaque sit coeptis, te longa stare
senecta
Aevumque extendisse velim, tua iustior aetas.

eodem in loco:

Aen. IX 199: Mene igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis?
Sil. III 109: Mene, oblite tua nostram pendere salute
Abnuis inceptis comitem?

4) In fugae descriptione imitando expressa invenio haec:

Aen. II 723: . . . . . Dextrae se parvus Julus
Implicuit sequiturque patrem non passibus aequis,
Pone subit coniunx.
Sil. IV 30: Ante agitur coniunx; dextra laevaque trahuntur
Parvi, non aequo comitantes ordine, nati.

5) Juppiter Martem adhortans, ut Cn. Scipionem in pugnando adiuvet, ferba facit similiter atque apud Verg. Euander de Pallante filio ad Aeneam:

Aen. VIII 515: . . . . . sub te tolerare magistro
Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
Adsuescat primis et te miretur ab annis.

Digitized by Google

Sil. IV 430: Te duce primitias pugnae, te magna magistro
Audeat.
(cfr. et Aen. XII 435 — Sil. XV 360.)

6) Virtus viri fortis sic describitur:

Aen. X 712: Nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant
Sil. V 442: Aspirare viro, propioremque addere Martem
Haud ausum cuiquam. Laxo ceu belua campo
Incessebatur tutis ex agmine telis.

7) De Paullo in campo Cannensi reperto eadem fere dicuntur, quae de Hectore, quem Aeneas per somnium videt, apud Vergilium leguntur:

Aen. II 274: Ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui etc.
Sil. X 508: Heu quis erat! quam non similis modo Punica telis
Agmina turbanti!

et verba sequentia multa similia praebent.

8) De turri deflagrante, quam iam supra commemoravi, hi quoque leguntur versus similes:

Aen. IX 539: . . . . Dum se glomerant retroque residunt
In partem, quae peste caret.
Sil. XIV 445: Quos fuga praecipites partem glomerarat in unam
Puppis, adhuc vacuam taedae.

9) Paullus apud Silium, Dido apud Verg. morte imminente de dignitate sua dicunt:

Aen. IV 654: Et nunc magna mei sub terras ibit imago
Sil. X 289: . . . . Nec manes tam parva intramus imago

Quae Vergiliana verba alio loco et apud Silium Dido facit:

Sil. VIII 146: Nunc ad vos magni descendet corporis umbra.

10) De Hannibale et Cn. Scipione in pugna Cannensi manus conserentibus Silium auctore Vergilio, qui simili occasione oblata de Aenea et Turno similiter dixerat, scripsisse difficile non est cognitu:

Aen. XII 708: . . . . . (Stupet ipse Latinus)
Ingentes genitos diversis partibus orbis
Inter se coiisse viros et cernere ferro.

Digitized by Google

Sil. IX 434: Stabant educti diversis orbis in oris
Quantos non alio vidit concurrere tellus
Marte.

11) Aen. X 503: Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta etc.

Sil. V 601: . . . . . seroque emptum volet impia Roma
Non violasse mei corpus mucrone Sychaei.

12) Flaminii mortis narratio profecta esse videtur e Vergilii loco de Aeneae vulnere[1]):

Aen. XII 322: . . . . . pressa est insignis gloria facti
Nec sese Aeneae iactavit vulnere quisquam

Sil. V 656: Obruitur telis (nimboque ruente per auras
Contectus), nulli dextra iactare reliquit
Flaminium cecidisse sua.

13) Aen. IX 161: Bis septem Rutuli, muros qui milite servent
Delecti; ast illos centeni quemque sequuntur

Sil. XIII 191: Tres claustra aequaevo servabant corpore fratres
Quis delecta manus centeni cuique ferebant
Excubias.

14) Aen. IX 691: Ductori Turno diversa in parte furenti
Turbantique viros perfertur nuntius hostem
Fervere caede nova . . . . . .
Deserit inceptum atque immani concitus ira
. . . . ruit.

Sil. I 456: Sed postquam a trepidis allatum, fervere partem
Diversam Marte infausto . . . . . .
. . . . . ruit ocius amens
Lymphato cursu atque ingentes deserit actus.

15) Aen. VII 637: it bello tessera signum

Sil. XV 475: Tacitum dat tessera signum

16) Aen. X 207: centenaque arbore fluctum
Verberat adsurgens, spumant vada marmore verso

Sil. XI 493: Centeno fractus spumabat verbere pontus.

Huc etiam pertinent:

Aen. IV 174 — Sil. IV 6. Aen. II 468 — Sil. IX 335. Aen. IX 229 — Sil. XIII 308. Aen. VII 222 —

[1]) Hic Silius fide historica non neglecta, de qua vide Heynacherum IV 11, utitur imitatione Vergiliana.

Digitized by Google

Sil. XVI 214. Aen. XI 908 — Sil. IV 94. Aen. VII 732 — Sil. III 278. Aen. X 773 — Sil. V 117. Aen. VI 177—182 — Sil. X 529—537 de exsequiis instituendis, de quo loco satis disseruit Wezelius II 20. Georg. III 478 ff. — Sil. XIV 580 ff. de peste. Aen. VII 177 — Sil. I 86. Aen. IX 801 ff. — Sil. I 520 ff. Turnus — Hannibal undique armis petuntur. Aen. XI 877 ff. — Sil. II 251 ff.

Denique silentio non praeteribo, quod in locis communibus, qui vocantur, multae inveniuntur similitudines. Sed has per se minimum momentum habere censeo, ut iam supra commemoravi. Quam ob rem perpauca enumerabo e Punicis exempla, quibus Vergilii vestigia impressa sunt tenuia illa quidem, sed quibus probatur e Vergilio illa esse profecta:

1) E pugnae descriptionibus haec afferam:

a) Aen. XI 691: . . . . . sed Buten aversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter qua colla sedentis
Lucent
Sil. I 381: Qua corpus loricam inter galeamque patescit,
Conantis motus speculatus, cuspide sistit.

b) Aen. VII 533: . . . . . Haesit enim sub gutture vulnus et
udae
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam
Sil. XVII 440: . . . . . Hasta volans imo sub gutture sedit
Et vitae vocisque vias simul incita clausit
(cfr. Sil. IV 169.)

c) Aen. X 841: At Lausum socii exanimem super arma ferebant
Flentes
Sil. V 584: Interea exanimem maesti super arma Sychaeum
Portabant Poeni, corpusque in castra ferebant

2) ex iis, quae poetae dicere solent de dignitate carminis sui:

Aen. IX 446: Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo
Dum . . . .
Sil. IV 400: Aeternumque decus memori celebrabitur aevo
Si modo ferre diem, serosque videre nepotes
Carmina nostra valent nec famam invidit Apollo

de ingenio suo:

Digitized by Google

a) Aen. IX 525: Vos, o Calliope, precor adspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit etc.
Sil. III 222: Prodite Calliope, famae, quos horrida coepta
Excierint populos tulerintque in regna Latini etc.
b) Aen. VI 625: Non, mihi si linguae centum sint oraque centum
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas
Omnia poenarum percurrere nomina possim
Sil. IV 527: Non, mihi Maeoniae redeat si gloria linguae
Centenasque pater det Phoebus fundere voces
Tot caedes proferre queam.

Alia exempla huius modi sunt:

Aen. VI 32 — Sil. II 140. Aen. VIII 240; IX 124 — Sil. III 463. Aen. X 859 — Sil. IV 266. Aen. IX 708 ff. — Sil. IV 295 ff. Aen. XI 405 — Sil. V 330. Aen. VI 255 — Sil. VI 179. Aen. VI 700; II 792 — Sil. XIII 648. Aen. VI 702; II 794 — Sil. XIII 652. Aen. XII 581 — Sil. XIV 294. Aen. V 721 — Sil. XV 180.

Jam transeamus ad eos locos, quibus Silius, quamquam certus Aeneidis locus ei ante oculos versatus esse non videtur, tamen Vergiliana vocabula reddidit. In primis in animo quosdam habeo hexametri locos, in quibus poeta facillime in verba ante apud alium lectitata incidit saepissimeque aliena verba, quae in memoria eius haerentia apte commodeque offerri videbantur, in suum vertit usum. Hic est praecipue finis et aliqua ex parte initium hexametri. Haec res ut clarior fiat, antea demonstrabo, quo modo se habeat apud unum eundemque poetam. Nam cum apud poetam epicum persaepe eaedem res repetantur, ut in descriptionibus pugnarum, locorum, in deorum ministeriis, e. q. s., mirum non est, quod ab eodem poeta quibusdam in versus partibus eadem verba iterantur. Quo maiore autem cura poeta utitur in scribendo, eo rarius exstant tales iterationes. Apud Vergilium, qui carmen corrigere non iam potuit, persaepe eadem his in versuum partibus verba repetuntur, persaepe etiam apud Statium, cui silvas ex tempore componenti tempus non erat versuum eliman-

Digitized by Google

dorum [1]). Aliter res se habet apud Silium. Nam ut summam impendit operam, ne versus more Vergiliano aut Homerico iteraret, ita semper fere id egit, ne in paribus versuum locis, quoad fieri posset, eadem verba inter se coniungeret. Iterationes prorsus pares, quae reperiuntur, pro tanto versuum numero admodum rarae neque commemoratione dignae sunt, „ut ex ore cruorem“ X 247—277; „cuspide vulnus“ I 550, IV 188. 619 saepissime; „proelia miscet“ I 266, X 428, XIV 155. 521 etc. Plerumque autem, si idem verbum repetendum fuit, mutatis vel additis quibusdam vocabulis sermonem variavit.

Itaque si in certis versuum locis eadem verba eodemque ordine, quo a Vergilio scripta erant, coniuncta apud Silium invenimus, non semper contendam, illa scripta esse imitationis studio; sed si perspicuum est, tales verborum coniunctiones e certo Aeneidis loco petitas esse, ex his concludi posse arbitror Silium persaepe, si non ad certum Aeneidis exemplum, tamen Vergilio auctore ita scripsisse. Nam Silius, ut erat Vergilii lectione imbutus, facillime etiam invitus verba componere potuit, quae aliquo loco legerat. Qua re hi loci repudiandi non erunt; nam iis demonstrari videtur, quam accurate Silius ubique Vergiliana studia in suum usum converterit.

I. Atque primum quidem quaeramus, quibus in locis in exeunte hexametro similitudines exsistant. Sed hac in re non temere nobis agendum est. Zingerleus [2]) enim magnum verborum numerum affert, quae apud omnes fere poetas in hexametri fine persaepe occurrunt, multaque exempla addit, quibus elucet, tales versuum fines non ex imitatione, sed e rei natura fluxisse. Sed plurima haec vocabula tralaticia sunt, ut pectus, agmen, sanguis, aequor, alia, quae quin saepius usurpentur pari in re, fieri non potest. Ego nullos hexametri exitus afferam nisi qui Vergilianis vestigiis satis imbuti putandi sunt.

---

[1]) Quibus e rebus Statii extemporalis facultas cognosci possit, vide Kerckhoff: Duae quaestiones Papinianae. Berolini 1884. p. 31 ff.

[2]) Ad recentiores poetas Latinos. Oeni ponte 1873. pars III.

Digitized by Google

1) Certum Aeneidis locum respiciens Silius hos versuum exitus composuisse mihi videtur:

Verg.	Sil.
I 3: terris iactatus et alto	VII 474: terris iactatus et undis
I 33: (Romanam) condere gentem	I 28: (aeternam) condere gentem
I 90: micat ignibus aether	I 135: micat igneus aether
I 93: (duplices) tendens ad sidera palmas [1])	XV 561: (geminas) tendens ad sidera palmas
I 568: iungit ab urbe	XV 334: iungere ab urbe
I 632: templis indicit honorem [2]).	VII 90: templis indicit honores
II 686: restinguere fontibus ignes	XVI 123.
IV 64: consulit exta	I 122: consulit extis
IV 209: caecique in nubibus ignes	XII 628: caecum e nubibus ignem
IV 278. IX 658: in tenuem . . . evanuit auram	VIII 185.
V 158: sulcant vada salsa carina	XVII 156.
V 267. IX 279: aspera signis	II 432.
VI 295: Acherontis ad undas.	XII 126.
VII 412: nunc . . . Ardea nomen	I 293: nunc Ardea nomen
VII 637: tessera signum	XV 475:
IX 132: tot milia, gentes	I 340.
X 638: clipeumque iubasque	XVII 526.
X 661: in proelia poscit	I 420.
X 672: meaque arma secuti	XVII 562: mea signa secuti
X 838: propexam in pectore barbam	XIII 310: propexis in pectora barbis
XI 135: sonat icta bipenni	X 530: sonat acta bipenni
XI 441: haud ulli . . . virtute secundus	VII 55: Nulli quisquam virtute secundus
XI 497: per colla per armos	XVI 443.
XI 641: ingentem corpore et armis.	VI 708: ingens corpore et armis.
XII 649: indignus avorum [3])	VIII 385.
Georg. II 147: perfusi flumine sacro.	VIII 452: perfundens flumine sacro.

2) Ex magno numero locorum, ubi Silius non ad certum exemplum exitus hexametrorum conformasse videtur, non nullos adscribam:

---

[1]) Tamen adnotandum est, hunc versus exitum valde adamari a poetis Latinis.

[2]) Indicit honores saepius III 264 etc.

[3]) „indignus“ cum genitivo coniunctum fortasse praeter hos locos numquam legi, Schaperus in Aeneidis editione adnotat.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
I 117: vorat aequore vertex	IV 230: vorat agmina vertex
I 129: caelique ruina	I 251: caelique ruinam
I 559: ore fremebant	XVI 645.
I 648: auroque rigentes	XV 694.
II 215: depascitur artus	VI 203.
IV 477: fronte serenat	XI 369: fronte serenant
IV 694: Irim demisit Olympo	IX 551: Irim propere demittit Olympo.
IV 268: demittit Olympo	II 115: per vota vocabat
V 234: in vota vocasset	
V 514. VII 471: . . . vocavit	XV 283.
VI 160: sermone serebant	I 376. XVI 406: primaevo flore iuventae
VII 162: primaevo flore iuventus	
VII 588: latrantibus undis	III 471.
VII 658: serpentibus hydram	II 159.
VII 800: Feronia luco	XIII 84.
VIII 703: Bellona flagello	IV 441.
IX 417: librabat ab aure	V 576: librat ab aure
X 406: incendia pastor.	IX 605.
X 489: petit ore cruento	V 526: appetit ore cruento
X 892: calcibus auras	XVII 136:
XI 133: et pace sequestra	VI 347: pacisque sequestrem
XI 502: si qua est fiducia forti	XIII 151 si qua est fiducia dextra
XI 591: violarit vulnere corpus	XVI 111: violasset vulnere corpus
XI 848: violavit vulnere corpus	
XI 617. XI 795: dispergit in auras	V 456: dispersit in auras
XI 718: ignea plantis.	III 306.
XII 10: turbidus infit	I 477.
XII 25: haud mollia fatu	I 113: haud mollia dictu
XII 274: fibula mordet	VII 624: fibula morsus.
XII 696: spatiumque dedere	IV 275: spatiumque dederunt.
XII 907: pertulit ictum	V 326.
Georg. I 322: agmen aquarum	XII 619.
» II 478: lunaeque labores	XIV 348.
» IV 207: ducitur aestas	III 383.
Ciris 182: in viscera mortem	V 528.

II. In hexametro ineunte rem similiter se habere apertum est. Nam ut in fine, ita in initio versus commodissime se offerunt eadem verba inter se conexa.

1) E certo Vergilii loco prodiisse videntur.

Verg.	Sil.
I 1: arma virumque	I 364: arma virosque
I 257: Parce metu	V 372.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
II 49: Quidquid id est	VI 582.
IV 135: Stat sonipes	V 147.
IV 217: Subnexus rapto	VIII 245.
IV 509: Stant arae	I 92.
V 455: tum pudor indencit	I 493: Tum pudor accendit
VI 122: Itque reditque viam	XIII 561: Itque reditque vias
VI 318: Dic, ait, o virgo	XIII 781: Dic, ait .... virgo
VI 740: Supplicia expendunt	VI 588: Supplicia expendi
VII 662: Geryone exstincto	I 277.
VII 801: Qua Saturae.	VIII 382.
VIII 22: Sicut aquae	VII 143.
IX 77: Quis deus, o Musae	V 420.
IX 259: Assaracique larem et ... (Vestae)	III 566: Assaracique larem et (Vestae)
X 625: Hactenus indulsisse vacat	XVII 374: Quatenus indulsisse vacet
X 805: Omnis et agricola et	VI 324.
XI 396: Haud ita me experti	XII 501: Non ita me experti
XI 659: Quales Threiciae	II 73.
XII 82: Poscit equos	V 383: Poscit equum
XII 84: Qui candore nives	XIII 116: Quae candore nivem
XII 139: Diva deam	VIII 206: Diva deae
XII 331: Qualis apud gelidi	XVII 488: Qualis apud gelidum.

2) E memoria, non e certo loco scripta videntur:

Verg.	Sil.
I 707. VI 595 [1]) al. Nec non et	IX 66: Nec non et
II 132: Jamque dies infanda aderat	XVI 304: Jamque dies praedicta aderat.
III 208: Adnixi torquent.	XIII 252: Obnixi torquent.
IV 115: Mecum erit	VIII 330.
IV 438. XII 866: Fertque refertque	III 60.
V 154: Consequitur melior.	X 76.
VII 223: Tempestas ierit campos	XV 628: Tempestas operit campos.
VII 658: Centum angues	II 158.
VIII 164. II 280. III 299: Compellare virum	XIII 719: Appellare viros.
VIII 676: Cernere erat	II 414. VI 694. VIII 43 etc.
IX 73: Tum vero incumbunt	X 248.
X 178: Mille rapit	XIV 209.
X 362: At parte ex alia	I 426.
XI 3: Praecipitant curae	X 642: Praecipitant curas

[1]) Haec verba saepius quam par est, in initio versus apud Vergilium occurrunt.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
XII 115: Solis equi	V 56.
XII 894: Ille caput quassans	I 298: Ipse caput quassans
XII 902: Altior insurgens	V 294.
XII 905: Genua labant	I 529.

III. Pauca adscribam exempla, ubi in exitu hexametri et in initio sequentis Silius eadem, quae Vergilius, verba posuit; ea omnia fere sunt petita e locis ex imitatione effictis:

Verg.	Sil.
I 126: et alto Prospiciens	XVII 237: ut alto Prospexit
II 98: spargere voces In vulgum ambiguas	VII 264: spargere causas In castra ambiguas.
V 259. VII 639: auroque trilicem Loricam	II 401.
V 307: caelatam argento ferre bipennem Omnibus	XVI 446: argento caelata bipennis Omnibus
III 417[1]): trifauci Personat.	II 551.
VI 842: fulmina belli Scipiadas	VII 106: fulmina gentis Scipiadae
IX 433: leto, pulchrosque per artus It	XII 243: leto, niveosque per artus It
X 476: tegmina summa Incidit	XV 755: tegmina summo Incidit.

IV. Medio quoque in versu eadem in sede, qua apud Vergilium, eadem verba inter se conexa in Punicis repetuntur. Nam simul atque Silius — utrum de consilio, an ignarus, in medio relinquam — in eadem verba incidit, haec ordine non mutato ob aptos numeros facile eundem locum obtinere possunt, quem apud Vergilium:

Verg.	Sil.
I 313: crispans hastilia	VIII 374: crispare hastilia
II 29: saevus tendebat	XII 749: saevusque tetenderit
II 551: lapsantem sanguine	VII 610. X 146.
II 684: flamma comas	XVI 121: flamma comam
III 75: pius arcitenens	V 177.
III 626: membra fluentia	I 526.
VI 113: pelagique minas	XII 157.
VI 178: caeloque educere	XV 388: caeloque educitur.

[1]) Ad hunc locum falso adnotat Ladewigius in editione Aeneidis anni 1874, vocabulum „trifaux“ nullo loco legi nisi hoc Aeneidis versu.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
VII 166: praevectus equo	V 170. VII 117. IX 572.
VII 759: vitrea . . . . Fucinus	IV 346: vitreo . . . . Fucinus
IX 535: ardentem . . . lampada	XIV 305.
X 314: latus haurit	I 392.
X 455: meditantem in proelia	XVII 439.
X 530: contra cui talia	II 493.
X 586: pendens in verbera	VIII 283.
XI 714: ferrata calce	XVII 541.
XII 525: populatus iter	III 445: populatur iter
Georg. I 309: Baliaris verbera (fundae)	I 314: (fundit) Baliari verbere.
» II 147: perfusi flumine	IV 548: perfundit flumine
» IV 91: maculis auro squalentibus	II 585.
» IV 523: caput a cervice	XI 481.

Digitized by Google

C.

Iam cum de Silii elocutione verba facere mihi in animo sit, non illud mihi propositum est, ut de omni dicendi genere disputem aut, quae intercedat inter Silium et alios poetas epicos differentia, exponam, sed ita agam, ut, in Siliana elocutione Vergilianas proprietates exquiram. Et e quaestione sic instituta fructum capi posse credo, si quis in universum de Silii elocutione disserere velit, cum de ea re nullae adhuc exstent quaestiones, sed pauca modo iudicia, quibus obiter aut laudatur aut vituperatur [1]). Per singula autem nemo est, qui Silii dicendi genus perlustraverit praeter Cholevium, qui de epithetis ornantibus Silii disserens ex parte elocutionis rationem tractavit.

Silium, sicut diximus, in Vergilianis studiis versatum ubique Vergilii dicendi genus suum fecisse luce clarius est. Itaque summa eorum, quae viri doctissimi de Vergiliana elocutione disseruerunt, ex parte etiam ad Silium referri potest. Nam si reputamus Silium omnino nativa et genuina facultate dicendi caruisse, apparet eum in oratione quoque poetica ad Vergilii exemplum, quem omnium maxime colebat, se direxisse. Vergilius autem, sicut ab aliis saepe dictum est [2]), ut ingenium eius in novandis vocabulis non multum

---

[1]) Laudant hi:
Vossius, De historicis latinis I 31
Crusius, De poetis Romanis I p. 29.
Cortuemius, Quaestiones historicae p. 241
Ernestius et Rupertius.

[2]) Braumuellerus, De tropis et figuris in Vergilii Aeneide. Berolini 1877.
Ladewigius, De Vergilio verborum novatore. Neustrelitz 1869.

Digitized by Google

profecit, ita verebatur, quod dicere volebat, sine ambagibus enuntiare. Quam ob rem eum audacem fuisse in conformandis dicendi figuris verbisque in aliam vim transferendis [1]). Itaque ne de Silii quidem loquendi ratione aliter iudicabimus. Etenim, quod iam Cholevius de epithetis a Silio usurpatis affirmavit, non ita audacter ea esse composita, id omnino de illius elocutionis ratione dicendum esse puto. Nam praeterquam quod multa in parenthesin saepe contulit et oratione nimis turgida utitur, in universum statuendum est, pure et eleganter eum dixisse [2]) rarissimeque Vergilii rationem excessisse. Itaque ubi a sermone usitato abhorrere videtur, plerumque par aut simile apud Vergilium exemplum reperire difficile non est. Sed cum in Siliana elocutione Vergilii vestigia ubique frequentissime occurrant, ne enumerandis omnibus locis, quos multos iam antea legimus, molestus sim, pauca commemoratione digna eligam, quibus, qua ratione Silius Vergilii orationem poeticam in suum usum converterit, cognosci potest. Et rem similiter se habere atque in versibus mutuandis per se patet. Partim enim est manifestum, de industria e Vergilio eum verba in carmen transtulisse, partim invitum Vergiliana enuntiata in usum vocasse, in quae etiamsi certus locus ante oculos non versabatur, facile incidere potuit.

Atque primum quidem apud Silium non nulla occurrunt verba, quae a Vergilio novata sunt [3]). Quae quidem cum inde a Vergilii aetate ab omnibus fere in usum vocata sint, non haberent per se multum momenti apud poetam aliquem, quem Vergilio usum esse aliis rebus demonstrari non posset, sed apud Silium ne haec quidem neglegenda esse puto. Accedit, quod quaedam in iis inveniuntur, quae nusquam leguntur nisi apud Vergilium et Silium ut trifaux (Aen. VI 417 — Sil. II 551); sternax (Verg. XII 364 —

[1]) Praeter Braumuellerum vide Teuffelii Historiam litterarum roman. §. 228. 5.

[2]) Vossius p. 142 dicit: Quod si de puritate etiam sermonisque Romani castimonia certare lubeat, nulli eorum cedat, quos ea vel proxima vidit aetas. Immo potius eos exsuperet universos.

[3]) De his vide Ladewigium p. 3.

Digitized by Google

Sil. I 261) aut quae praeter hos duos poetas non usurpantur nisi a recentissimis scriptoribus, ut armisonus bacatus effultus undosus immugire[1]).

Deinde eadem saepe vocabula, quae Vergilius composuerat, Silius inter se coniungit; plerumque autem aut re proposita adductus aut sua sponte Vergiliana variat, sed ita ut difficile non sit intellectu, Silium auctore Vergilio sua finxisse et conexuisse. Quibus promiscue addam Vergilianos tropos figurasque, qui in Punicis reperiuntur:

1) Eadem substantiva cum iisdem adiectivis coniunguntur[2]):

Verg.	Sil.
I 4: memores irae	XIII 71.
X 88: res fluxae	VII 17.
X 529: una anima = unus vir	IV 303.
X 841: exanimem super arma	V 584.
XII 247: fulvus Jovis ales	XII 56: ales fulva Jovis
Ecl. I 84: umbrae maiores	VII 351.
Georg. III 96: turpis senecta	XV 651.

aut Vergilianis similia conectuntur:

Verg.	Sil.
VII 106: agger gramineus.	X 92: agger flumineus
IX 548: parma inglorius alba (= velites)	IX 331: inglorius ordo (= velites)
X 887: silvam immanem (circumferre)	IV 621: silvam ingentem (vibrare)
XII 603: (nodum) informis leti (De Amata suspensa)	I 166: (suspensum) deformem leti
Georg. IV 551: (iuvenca) intacta cervice	XIII 431: (iuvenca) casta cervice.

2) Eadem substantiva inter se coniuncta reperiuntur:

Verg.	Sil.
II 602: Divum inclementia	II 596.
III 272: Ithacae, Laertia regna	XV 303.
III 351: Scaeaeque (amplector) limina portae	XIII 73: Scaeaeque ad limina portae

[1]) Apud Silium frequentissime I 95. IV 380. XII 141. XVI 259.

[2]) Ea epitheta, quae Cholevius iisdem cum substantivis apud utrumque poetam conexa affert, hoc loco repetere superfluum videtur.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
III 641: Polyphemus in antro	XIV 527.
V 257: canum latratus in auras	II 417: ad auras latratus canum
V 431: membris et mole	XVI 46: (ingenio) membrorum et mole.
V 617: pelagi labor	IV 53. III 58.
VI 363: caeli lumen	II 223.
VII 600: rerum habenae	I 144. X 283.
VIII 301: vera Jovis proles (de Hercule)	IV 478: . . . . . (de Scipione)
VIII 516: Martis opus	VI 6.
IX 143: fossarum morae	IX 218.
X 427: pars ingens belli	X 224: pars optima belli.
X 737: pars haud temnenda belli	
Georg. I 322: agmen aquarum	XII 619.
» II 478: lunae labores	XIV 348.

aut alterum Vergilii substantivum variatur:

Verg.	Sil.
VII 18: formae luporum	XV 86: formae ferarum
IX 343: sine nomine plebem	IV 267: sine nomine gentem [1])
	XII 317: sine nomine vulgus
IX 648: custos ad limina	I 66: famuli ad limina
X 485: morae loricae XII 541: clipei	I 516: morae capuli V 319: aeris.
Georg. II 177: ingenium arvorum	IV 90: ingenium collis
» IV 50: vocis imago	XIV 365: clamoris imago.

3) Eadem verba exstant cum iisdem substantivis iuncta:

Verg.	Sil.
I 162: scopuli minantur in caelum	IV 2: saxa minantur caelo.
I 375: nomen it per (aures)	III 135: nomen it per (ora)
XII 235: per ora ferri	
I 387: carpere auras (vitales)	III 712: . . . . . (superas)
I 552: silvis stringere remos	VI 352.
I 648: auro rigere.	XV 694.
II 458: (ad fastigia) culminis evadere	XII 56: ad culmina evadere.
II 661: patet ianua leti	XI 187: patet ianua mortis
II 737. V 629: campum sequi	II 87.
III 68: supremum voce ciere	V 472: suprema voce ciere.
III 89: animis illabi (de deo)	XV 95.

[1]) X 28: ingens nominis expers turba.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
III 626: membra fluentia	I 526.
IV 14: bella exhaurire.	VI 656.
IV 43: (Tyro) surgentia bella	XIII 616: (Latio) surgentia bella. (cfr. I 686. XIV 293)
IV 440: obstruere aures.	XVII 85.
IV 477: fronte serenare (spem)	XI 369: . . . . . (tristia)
IV 631: lucem abrumpere	IX 649: cuncta cum luce abrumpere.
IV 661: oculis haurire	XI 284.
V 158: sulcare vada salsa carina	XVII 156.
V 307: argento caelata bipennis	XVI 446.
V 585: pugnae simulacra ciere	VII 119: . . . . . agitare
V 609: celerare viam	IX 96: celerare vias
V 674: belli simulacra ciere.	XVI 529.
V 752: transtra novare	VI 353.
V 806. XII 328: dare leto	VII 599. X 133.
V 819: curru volare (per aequora)	II 263: curru volare (per castra).
VI 160: (vario) sermone serere	XV 283: (alterno) . . . . .
VII 250: obtutu defixa ora	XVII 185: obtutu defixus.
VII 277: instratus ostro alipes	XVI 165: stratus ostro (cornipes)
VII 345: ira coquit aliquem	XIV 103.
VII 393: ardor agit.	II 39.
VII 497. XI 654: dirigere spicula	III 273.
VII 630: renovare tela	VII 343.
VIII 132. VII 144: diditur rumor	I 186: dидita fama.
VIII 177: praecipuum toro accipit (Aeneam)	XI 275: praecipuis toris accipitur.
VIII 199: magna mole se ferre	I 497: tota . . . . .
VIII 260: angere guttur	XIII 584.
VIII 553: pellis obit	VIII 525.
VIII 579. IX 497: abrumpere vitam	II 597.
VIII 620: galeam flammas vomentem[1])	XVII 399: frons flammam vomebat
X 271: umbo vomit ignes	
VIII 621: rigere ex aere	IV 155: rigere ex auro
VIII 676: fervere Marte	I 456. XIII 742.
IX 56: campo se dare	XIII 152.
IX 401: mortem properare	I 225.
IX 412; VII 499 (per). IX 633: telum venit in	X 237. XV 376
IX 414: vomere flumen calidum	X 183: vomere rivum calentem.
XI 668: vomere rivum sanguinis	
IX 417: librare ab aure	V 576.

[1]) Ribbeckius: minantem.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
IX 441. X 577: rotare ensem	IV 207.
IX 603: durare in aqua.	IV 226.
IX 608: bello quatere (oppida)	XIII 36: . . . . . (Pergama)
IX 608: rastris terram domare	VIII 371: rastris arva domare
IX 629. XII 106: spargere arenam (de bove)	V 315.
IX 763. XII 330: ingerere hastas (fugientibus)	II 176: . . . . . (trepidantibus)
X 127. IX 410: toto conixus corpore	X 197: conixus corpore toto.
X 140: dirigere vulnera.	II 92.
X 314: latus haurire	V 524.
X 334: telum stat in corpore	IV 191.
X 412. XII 491: se colligere in arma	X 129: collectus in arma.
X 514: limitem agere.	IX 379.
X 620: onerare donis (limina)	III 15: . . . . . (aras)
XI 3: praecipitant curae	X 642: praecipitant curas
XI 153: se credere Marti	XIII 508: creditus Marti
XI 459: arrepto tempore	I 570: rapto tempore
XI 497: ludunt iubae per colla	XVI 364: ludentis per colla iubae
(XI 513): quatit campum ungula VIII 596. XI 895.	I 297: quatere campos (agmine)
XI 591. 848: violare vulnere corpus	XVI 111.
XI 602: ardent campi (armis)	XVII 322: . . . . . (ferro)
XI 617: vitam dispergere in auras	IX 167.
XI 669: in vulnere se versare	V 577.
XI 804: hasta bibit cruorem	VI 293.
XII 125: pugna vocat	X 112.
XII 267: telum auras secat.	XIII 210.
XII 284: ingruit imber (ferreus)	XIII 181: . . . . . (saxeus)
XII 332: clipeo increpat.	XII 684.
XII 376: telum degustat corpus.	V 274: telum degustat cruorem.
XII 525: iter populari	III 445.
XII 628: proelia miscere[1])	I 266. II 152. X 128 etc.
XII 894. VII 292: caput quassare.	I 298. VI 600. VII 353.
XII 907: telum perfert ictum	V 326.
Georg. II 140: spirantes naribus ignem	XVII 134: spirantibus ignem Naribus
» III 105: spes arrectae	VII 98.
» III 117: glomerare gressus	XII 518.
	III 336: glom. vestigia X 462: cursum

[1]) Quae verba Silius semper fere coniungit cum adiectivo „ferus“.

Digitized by Google

Verg.	Sil.
Georg. III 530: abrumpere somnos	XV 48.
» IV 91: maculis auro squalentibus	II 585. XV 140.

aut substantivum aut verbum mutatur:

Verg.	Sil.
I 147: perlabi rotis undas	III 410: perlabi curru aequora
I 691: quietem irrigare	X 356: quietem irrorare
I 749: bibere amorem	XI 402: conbibere luxus
II 315: manum glomerare	V 238: arma agglomerare
II 796: numerus affluit	XIV 208: manus affluit
III 72: terraeque urbesque recedunt	III 157: tellus recessit
III 370: exorat pacem divum	XV 434: poscebat pacem superum
IV 154: transmittere cursu	X 472: transigere cursu.
XI 719: transire cursu	
IV 262: laena ardebat murice	XV 676: vestis ardebat gemma
Georg. IV 99: ardentes auro	
IV 692: oculis Quaesivit caelo lucem	VI 11: quaerentia lumina caelum
V 142: sulcos infindere	XIV 380: sulco findere (caerula).
V 144. VI 634: campum corripere	III 308: campum rapere
V 316: corripere spatium	XVI 396.
V 856. Georg. IV 496: lumina natantia	II 122: oculi natantes
V 88: Squamam incendebat auro (fulgor)	XV 678: clipeum accenderat auro
VI 34: oculis perlegere	XII 569: visu legere
VI 99: Sibylla remugit	XII 323: sacerdos mugit.
VI 724: Campi liquentes	XIV 368: humens campus = mare
VII 34: mulcere cantu (aethera)	XIV 472: mulcere carmine (silvas)
VII 794: agmina densere X 432: addensere	IV 159: examina densere
VIII 224: (timor) addit alas	XII 455: (pudor) addit pennas.
VIII 411: noctem operi addere	III 638: noctem operi iungere
VIII 689: spumat remis aequor	VII 412: spumat remige pontus
IX 73: praesentia Turni urget	V 217: praesentia ducis exstimulat.
IX 461: sole infuso	XII 732: Phoebo infuso
X 15: placitum foedus	I 11: placita pax
X 440: curru agmen secare	II 171: (curru) campum secare
X 721: miscere agmina	XII 394: miscere aciem
X 768: vastis se inferre armis	XV 536: vastis se inferre oris.
X 815: ensem exigere per	I 307: telum exigere per.
X 907: accipere iugulo ensem	VII 626: accipere lateri ferrum
	X 7: accipere pectori ferrum

Digitized by Google

Verg.	Sil.
XI 393: Thybris crescit (sanguine)	XIII 9: stagna crescunt (caede)
XI 839: multata morte (Camilla)	X 463: multata caede (cadavera)
XI 896: nuntius implet aliquem	VIII 121: horror implet aliquem
XII 35: fluenta sanguine recalent	I 126: lacus sanguine flagrat
XII 280: Troes inundant	XV 552: Poenus inundavit (campos)
XII 362: alicui comitem mittere	V 467: . . . . . addere = necare
XII 529: avorum nomina sonare	III 247: avunculum resonare
XII 746: tardante sagitta = tardante vulnere sagitta accepto	IV 624: tardata vulnere membra
II 536: vulnere tardus	
Georg. I 455: omnia nimbis fervent	XII 657: globus nimborum fervet
» IV 52: caelum luce reclusit	XII 612: caelum tenebris clauditur.

4) Eadem adiectiva vel participia cum iisdem verbis iuncta leguntur:

Verg.	Sil.
I 191: miscet agens turbam	XVII 481: miscebat agens Martem
IV 15: fixum immotumque sederet	IV 799: fixumque sedetque
XII 902. XI 697: altior exsurgens	V 294: altior insurgens
	XV 374: altius insurgit
Georg. III 194: per aperta volans.	VIII 558. XIII 245: per aperta volantem
	IV 146: volans per aperta.

Singula vocabula, quorum significationem Vergilius sui sermonis proprietate exornavit aut quorum vim in aliam transtulit, eodem modo usurpata apud Silium exstant. Ne repetendo molestus sim praetermissis iis, quae in multis adhuc allatis exemplis legimus, perpauca tantum alia adnotabo:

Verg.	Sil.
I 660. VII 355: ossibus implicet ignem	II 516: medullis implicat amorem
IV 274. VI 364: surgere = adolescere	I 112.
V 257: saevit canum latratus	IV 97: saevit hinnitus equorum.
VI 16: enare = volare	XII 95.
VI 90: (Teucris) addita (Juno) = inimica	II 595: addita (Erinys)
VI 481: ad superos = in terra	XIII 607.
IX 66: iras ignescere	IX 460: ignescere.
IX 379: se obicere ad divortia	VII 275: spargere ad divortia
XII 515: nomen = filius	XIII 44.

Digitized by Google

His quaedam adiungam, quae Silius per metaphoram, quae vocatur, expressa e Vergilio repetiit:

Verg.	Sil.
I 301. VI 19: remigium alarum	XII 98: remi pennarum
IV 121: alae (de venatoribus dictum)	II 419: alae venantum
V 339: nunc tertia palma Diores	XVI 504: nunc tertia palma Hesperon
VII 793: nimbus (de exercitu)	VI 336. XII 168: nubes
VII 223. XII 284: tempestas »	XV 627.
VII 526. XII 663: seges »	XVI 616.
XI 313: toto certatum est corpore regni	XII 318: Corpore sic toto ac membris Roma omnibus usa
X 307: unda retrahit pedem	VI 140: (flumen) pede sulcat arenas
IX 125: revocatque pedem Tiberinus	
Georg. I 514: audire (de curribus)	XIV 393: . . . . (de navibus dictum)
» II 462: unda salutantum	IV 159: undae Boiorum.

Denique elocutionis Vergilianae vestigia apud Silium invenio in certis dicendi formulis. Saepissime enim videmus, Silium verba in formam Vergilianam ita redegisse, ut solam formam enuntiati et collocationem verborum reciperet. Formulam autem Vergilio illum debere, ex eo intellegitur, quod e Vergilio singula vocabula adsumpsit eaque cum iis, quae ipse addidit, ita coniunxit, ut eundem locum, quem apud Vergilium, obtineant, vel in versu vel certe in conexu verborum. Quam ob rem, quo magis cum exemplari quod secutus est consentiat, verbis inde translatis alia adiungit, quibus plerumque syllabarum numerus idem est ac verbis e Marone non petitis. Exemplo, quid dicam, demonstretur: Vergilianum II 291:

„Sat patriae Priamoque datum“ Silius ita imitatus est, ut item „Sat“ in initio, „datum“ in exitu enuntiati ad illius exemplum poneret, sed varians pro „patriae“ scriberet „fidei“, eodemque modo pro „Priamoque“ poneret „proavisque“. Jam ex copia huius modi locorum non nullos afferam:

Digitized by Google

Aen. I 730: omnes a Belo
Sil. I 87: omnisque nepotum A Belo series

Aen. II 6: quorum pars magna fui
Sil. XI 506: pars ipse haud parva laborum

Aen. III 114: ducunt qua iussa, sequamur
Sil. XIV 10: qua ducunt bella, sequamur

Aen. III 265: Di prohibete minas
Sil. II 373: Di procul, o, prohibete nefas

Aen. IV 115: Mecum erit iste labor
Sil. VIII 330: Mecum erit haec pietas.

Aen. V 153: Consequitur melior remis
Sil. X 76: Consequitur melior planta

Aen. V 320: Proximus huic longo, sed proximus intervallo
Sil. XVI 490: primus brevibus, sed primus abibat.

Aen. V 662: immissis Vulcanus habenis
Sil. XI 401: immissis Gradivus habenis

Aen. VI 341: Quis te, Palinure, deorum Eripuit?
Sil. XIII 654: Quis te, care pater, deus abstulit?

Aen. VI 436: Quam vellent perferre
Sil. XIII 605: Quam vellent fulsisse

Aen. VIII 538: Quas poenas mihi, Turne, dabis!
Sil. II 456: Quas, belli iudex, poenas mihi Curia pendes!

Aen. VIII 545: Euandrus pariter pariterque Troiana iuventus
Sil. XV 253: Neptuno pariter pariterque Tonanti.

Aen. VIII 588: pictis conspectus in armis
Sil. VIII 468: pictis radiabat in armis

Aen. IX 6: quod optanti divum promittere nemo Auderet
Sil. XII 273: quod credere nemo Auderet superis

Aen. IX 132: tot milia, gentes Italae
Sil. I 340: tot milia, gentes Inter . . .

Aen. IX 135: Sat fatis Veneriqûe datum
II 291: Sat patriae Priamoque datum
Sil. II 561: Sat Fidei proavisque datum

Digitized by Google

Aen. IX 601: Quis deus vos adegit? Non hic
Sil I 443: Quae nam te adigunt Furiae? Non haec

Aen. XI 5: decisis undique ramis
VIII 233: praecisis undique saxis
Sil. XIV 320: erasis undique nodis.

Aen. XI 51: nihil iam caelestibus ullis Debentem
Sil. XV 372: nihil restat, quod debeat ultra Jam Superis

Aen. XI 339: Consiliis habitus non futilis auctor
Sil. XIII 363: magnis auctor non futilis ausis

Aen. XI 502: si qua est fiducia forti
Sil. XIII 151: si qua est fiducia dextrae.

Aen. XI 663: lunatis agmina peltis
Sil. II 76: lunatis Bistones armis.

Aen. XII 397: mutas agitare inglorius artes
Sil. III 579: mutum volvens inglorius aevum

Aen. XII 932: utere sorte tua
Sil. XV 801: Utere Marte tuo.

Digitized by Google

Sententiae controversae:

1. Maxima debetur pueris reverentia.
2. Tibulli I 10 versus 51 ff. in carminis argumentum quadrare statuo duobus versibus desideratis.
3. Herodotus IV 99 in Italia scripsit.

Digitized by Google

JOANNES GROESST de vita sua.

Natus sum Joannes Groesst ante diem septimum Calendas Februarias anno 1861 Berolini patre Augusto, qui in re vehiculari epistularum o cio functus est, matre Augusta e gente Cuwalliana. Fidem profiteor evangelicam. Doctrinae elementis in ludo privato Berolinensi instructus gymnasium Berolinense Leucophaeum frequentavi ab extrema classe usque ad primam. Qua in schola, cui non modo disciplinam, sed etiam adiumenta vel civis academicus debeo, antiquitatis virtutibus adeo delectatus sum, ut e gymnasio egressus studio antiquarum litterarum me dedere constituerem. Quam ob rem mense Octobri anni 1880 inter cives academicos Universitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis receptus et ordini philosophorum adscriptus sum. Sed anno ante quam hoc consequi poteram, pater e vita discessit, ut inde ab illo tempore e discipulis docendis quaestum capere cogerer, ne consilium studii philologici incassum foret.

Litteris autem liberalibus per quattuor annos operam dedi, per quod tempus me docuerunt viri illustrissimi: Curtius, Huebner, Vahlen, Kirchhoff, Robert Mommsen, v. Treitschke, Droysen, Zeller, Paulsen, Dielthey. Ad exercitationes, quas instituere solet, Aemilius Huebner, per tria semestria benignissime me admisit; seminario regio extraordinarius socius per annum interfui. Illis viris optime de me meritis gratias ago quam maximos.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

YC 00781

U. C. BERKELEY LIBRARIES

C045899636



Digitized by Google

Digitized by Google